332
13

[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] Doctrinae [illegible]

[illegible] [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

Ipsius Seminarii [illegible]

[illegible]

[illegible] [illegible] [illegible]

[illegible]

Anno Domini

Humanitis Operæ.

Quas,

Dum in Seminario Carmonensi Pro-
vinciæ Bæticæ Societatis Jesu
Humaniobs litteris
vacaret.

Tum ex R. P. M. Vincentio Morales,
cum
ex Pre Joachimo Alba-res
Ipsius Seminarij Præceptoribus
Quidam
Ejusdem Societatis Alumnus
Texuit.

Anno Domini 174[illegible]

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y DE LA UNIVERSIDAD DE SEVILLA.

a

RHETORICAE.

COMPENDIUM.

numeris inclusum.

§.1 Rhetorica nostra.

Ars est Rhetorica Dicendi. Dicere vero
ornate, facunde, etiam graviterque profari.
Certa dat ars praecepta, quibus bene ducit in unum
Finem operis: Medicina velut, Pictoria sive:
Legibus illa docet curare; haec pingere recte.
Edocet haud aliter praeceptis dicere multis
Rhetorice. Commune genus, quo convenit; Ars est;
Dicendi sed opus reliquis discriminat ipsam.

§2. De Officio, ac Fine.

Rhetoricae finis duplex: non ultimus, atque ~~ultimus~~.
Ultimus: Apte ad suadendum dicere primus,
In quo Rhetoricae officium simul esse notabis.

Posterior dicendo animos suadere, vel ipsos
Delectare, docere, homines, & flectere dictis.
Ultimò in hunc artis tendit preceptio tota.

§. 3. De Mat̃ra, et Forma.

Materiam, & formam proprias ars quęlibet ambit.
Materies duplex ex qua, seu proxima; circa
Quam altera, sive remota. Prior, quâ Rhetoris amplum
Constat opus, voces, & gestus; altera circa quam
Quam versatur opus, res sunt quęcumque subire
Rhetoris examen possunt: hęc quęstio dicta est.
Rhetoricę forma est decor ille, ac optimus ordo
Rhetoricus partes operis diffusus in omnes.

§. 4. De Rhetoricę Quęstionibus.

Quęstio fit duplex aut Infinita, Latini
Propositum dixere, Thesim dixere Pelasgi.
Aut Finita, appellat Hypothesim Attica lingua;
Sed Latiis causa est, vel controversia nostris.
Infinita aliquid generatim quęrit, ut ista:
An sit honor Martis rigidis quęrendus in armis?

Sed Fini-

Sed Finita locum, personam, adjunctave signat:
Belliger an laudem meritus sit Cæsar in armis?
Ad primam plerumque solet revocare secundam
Rhetor: Alexandri bellum si laudibus effert,
Bellicæ agit primum magnis de laudibus artis.

§. 5. De triplici causarum genere.

Sub genere hoc triplici causas oratio versat;
Demonstrativo, Exornativove, deinceps
Deliberativo, quod Judiciale sequetur.
Vituperat, laudatve prius; suadetque secundum;
Dissuadetve: reum condemnat, sive tuetur
Judiciale: duæ partes hinc cuilibet insunt.
Exornativo sunt vituperatio, lausque;
Deliberativo suasio, dissuasio et una;
Extremo defensio, et accusatio partes.
Exornas aliquem? tibi tunc virtutis amore
Finis erit suadendi animos. Reprehendis at illum?
Incendes odium vitijs. Dictisne suades?
Tum bonitas finis, vel delectabile, honestum.
Utile, sive bonum fuerit. Verbisne laboras

Dissuadere? mali vitare incommoda cures.
Accusas aliquem? sceleris tunc ultio finis.
Defendisne? reo tentes avertere pœnas.
Præteritum, præsensque genus duo tempora primum:
Præterita extremum: spectat futura secundum.

§ 6. De Rhetoricæ partibus.

Rhetoricæ partes quinque hoc sunt ordine: primum
Invenio; Dispono dein; mox Eloquor; inde
Infigo memori menti; Pronuncio tandem.

PARS I.

Inventio.

§ 7. De Inventionis natura.

Rhetoricum facturus opus tibi figere debes
Ante scopum, causamque unam quo cætera tendant;
Utque probes causam, mox argumenta requires.
Plura suis fœcunda locis Inventio præbet.
Hæc argumentorum investigatio certa est.
Est argumentorum ratio, qua vera probatur
Causa. Quod intendis, ratiove probabile reddens

§ 8. De Argumentis.

Argumenta duplex claudit genus omnia: primum
Insita, quae pariter possunt intrinseca dici,
Ac Assumpta, Extrinseca, sive Remota secundum.
Insita visceribus rerum sunt eruta, quorum
Sex sunt, atque decem sedes, unde ipsa petantur,
Sive loci. Foris adveniunt assumpta, tenentque
Sex tantum sedes, quas mox; nunc Insita promam.

§ 1. De Definitione.

Quid sit res exponit Definitio. Duplex:
Propria, quae genere, et forma fit, et altera lata
Latius excurrens, quae descriptiva vocatur.
Et numerat partes, causas, adjunctaque rerum.
Utitur hac Rhetor, Logicusque amplectitur illam.
Exemplum propriae sit definitio nostra
Rhetoricae: Latam nobis hoc Tullius offert.
» Curia quid? Templum pietatis; Regia mentis:
» Consilii sedes, caput Urbis, portus et ara
» Perfugii. Multo pingit Maro carmine Famam:
» Fama malum, quo non aliud velocius ullum:
» Mobilitate viget; viresque acquirit eundo.

Hac argumentum poteris sic ducere sede.
Ars est Rhetorice dicendi: Rhetoricam ergo
Nescit, dicendi qui non bene noverit arte.

§ 10. De Notatione, seu Ethymologia.

Inquirit studiosa notatio nominis ortum,
Et quasi definit voces, qui consulit urbi
Dicetur Consul; lepidis aptissima sedes
Lusibus. Arguto Verrem sale lusit in hostem
» Hinc Cicero: Quoniam Verres est undique verrit
» Argentum, et aurum. Major sed Varibus usus:
» Phi nota Furoris, lippusque laborat ocellis;
» Phi malus et lippus: totus malus ergo Philippus.
Hoc etiam pretiosa vibes anagrammata fonte.

§ 11. De partium Enumeratione.

Dividit in proprias totum Enumeratio partes.
Partibus a cunctis asserto assere totum,
» Ut: Patres, Equites, Plebem Respublica claudit;
» Discessu, Juli, merent Equitesque Patresque,
» Plebsque tuo, tota ergo simul Respublica maeret.
Sive negas totum, cum partes ante negaris.

Cælum, non ignis, nec aqua est, non terra, vel äir:
Ergo non est elementum aliquod. Reliquisve negans
Affirmas unam partem: velut odit, amatve
Femina, nil medium, non hæc amat: oderit ergo.

§ 12. De Conjugatis.

Conjugo, si varie commuto verba ab eadem
Orta radice, jugoque velut contenta sub uno:
Sic sapienter erunt, sapiens, sapientia voces
Et sapio. Sterili licet, ex hoc elice fonte.
Quomodo non timidus timor est cui pectore fixus?
Quo omo? qui sunt Patriæ ornamenta, Quirites.
Secla fluunt vere nunc aurea: plurimus auro
Venit honor. Sedes arridet Vatibus ista.

§ 13 De Genere.

Sive duas, pluresve genus complectitur, omnes,
Quas reddit similes ejus communio, partes.
Flos genus est: partes Violæ, Tulipæque rosæque,
Quas facit assimiles generis communio floris.
Argue: Flos omnis circum diffundit odorem;

Flos viola est: ergo circum diffundit odorem.

§ 14. De Forma.

Pars generi subjecta, minus communis, et ampla
Est forma, aut species: Floris rosa forma: subinfer:
Est rosa: flos igitur; spirat rosa, spirat et ipse.

§. 15 De Similitudine.

Cum res ad nostram dispar traducitur, inter
Quas tamen ex aliqua sit convenientia parte;
Est simile: hinc Cicero: Virtutem gloria, nostrum
Umbra velut corpus, sequitur. Maro subjicit illud:
Virg. Ec. 2 O formose Puer, nimium ne crede colori:
vers. 17. Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Tres similis species constant; Inductio nempe;
Ipsaque rem plures similes coacervat ad unam:
» Vitis ut arboribus decori est, ut vitibus uvae,
» Ut gregibus tauri, segetes ut pinguibus arvis,
» Tu decus omne tuis. Exemplum deinde, quod esse
» Dicitur authoris certi cum nomine, vera
Sacri, vel dicti narratio. Tertia tandem

parabola

Parabola est; fictam memorat rem saepe, nec ullam
Personam, factive locum, vel tempora signat.
Hanc sacra suppeditant lectori Scripta, sub ipsa
Apologos numerat, pariterque Emblemata Rhetor.

§. 16 De Comparatis.

Omnis similis locus est, qui comparat: unde
Quod sit eis commune, aliquo duo pluravę confert:
En: magis illustrem palmam, quam pugna, meretur
Interdum fuga. Palma (videri) communis utrique est.
Atque tripliciter: nempe à majore, minori,
Atque pari; versu primum Maro subdit in uno:
.1.1. O passi graviora! dabit Deus his quoque finem.
Ille secundum etiam: Pallasne exurere classem
Argivum, atque ipsos potuit submergere ponto.
Ast ego, quae Divum incedo Regina, Jovisque
Et Soror, & Conjux una cum gente tot annos
Bella gero? Par sic: Si te Carthaginis arces
Phenissam, Lybicaeque aspectus detinet urbis;
Quae tandem Ausonias Teucros considere terra
Invidia est? Et nos fas extera quaerere regna.

§ 17 De Dissimili.

Dissimile est quando rerum discrimina monstras,
Quas confers: hinc Turnus apud vatem increpat audax
Mortantem bellum Alecto, Furiamque repellit.
Cura tibi Divum effigies, et templa tueri;
Bella viri, pacemque gerant, queis bella gerenda.

§ 18. De Contrarijs.

Quæ nequeunt pariter jungi re scilicet unâ,
Quadruplicis generis numerat Contraria Rhetor.
Primò Adversa, dehinc sunt Privativa, Relata,
Insuper et quartò Contradictoria pones.
Quæ multum distant, genere at contenta sub uno,
Sunt Adversa: velut vitium, virtusque sub uno
Hoc veniunt genere affectus, habitusve; sed ipsa
Quis nimio distare neget discrimine prudens?
Atque: cum vitium sit detestabile, virtus
Ergo pulchra nimis. Tum sacri Musa Maronis.
m. 11.77 Nulla salus bellis, pacem te poscimus omnes
Res (dicunt habitum) ac ejus privatio sunto
Privativa. Rogas, quid sit privatio? dicam:
ipse

Ipse rei subjecto aliquo defectus in apto:
Mors hominum vitâ, tenebræ luce äera privant:
Arguis inde: timet mortem; vitam appetit ergo.
„ Ebrius es: nec enim faceres id sobrius unquam.
Mart. Bilbilicus cecinit Vates. Dixere relata,
Quorum unum ab alio nequeas cognoscere, sicut
Filius, atque Pater; servus, Dominusque. Relatis
„ Utitur hic Cicero: Qualis sit gratia doni
„ Gloria, si accepti tanta est. Rursusque Poeta
„ Cum servum scis te genitum, blandeque fateris
Mart. „ Dum Dominum appellas, ô Sosibiane, Parentem.
Expresse pugnant contradicentia, quorum
Asserit unum, aliudque negat. Cicero arguit inde:
„ Infelix ne potest, cum non sit mortuus, esse?

§ VI De Repugnantibus.

Quę certa sine lege sibi obstant, illa repugnant:
Sicut: amare; nocere; infers hinc; diligit illum,
Non igitur lędit. Concludit et inde Poeta:
„ Esse Deam certe teneam: nanque haud tibi vultus
„ Mortalis, nec vox hominum sonat, ô Dea certe.

de ante—

§ 20 De Antecedbs, & Insequenbs.

Altera pręcedunt semper, rem pone sequuntur
Altera. Sic argumentum ingens prima ministrant:
Sol est; ergo dies. Varius hinc Statius infert:
" Quidquid habet ortum finem timet; ibimus omnes.
" Ibimus, immensis urnam quatit Æacus umbris.
Orta dies: Sol ergo nitet; sic altera ducunt.

§ 21 De Adjunctis.

Quę rem circumstant, & cum re sępe cohęrent,
Dic Adjuncta. Brevi hęc versus tibi subjicit ille:
Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.
Explico: Quis signat personam: hac plurima possunt
Expendi: natura, ętas, & natio, sexus,
Patria, fama, vigor, species et corporis, inde
Ingenium, ac animi virtus, affectio, mores;
Divitięque, honor, fortunę dona faventis.
Quid, notat anne gravis, levis, aut heroica, vilis,
Res sit. Ubi, quę locum, socios, facitque ministros.
Sed quibus auxilijs, finem, caussamque moventem.
Cur. facitque modum; facile, graviterne peractum
Quomodo significat. Quando sed tempora monstrat.

Argue: cum gladio est visus, quo tempore cædis
Facta fuit, cædisque loco: ergo cædis est author.
Ex hoc fonte sales vates, et acumina libat.
"Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine læsus,
"Si bonus es, magnam certe rem, Zoile, præstas.

§ 21. De Causis.

A cujus virtute fluit res causa vocatur:
Sic à Sole dies. Quatuor sed divide causas
Efficiens est prima, facitque rem. Argue: Summus
Rerum Opifex, Factorque Deus totum efficit orbem:
Hic numeris est perfectissimus omnibus.
Altera Finalis, propter quam operamur, ut ægro
Est, integra salus finis medicaminis. Infer:
Non ut edat vivit, sed edit mortalis, ut inde
Vivat. Quid mensis igitur, dapibusque vacamus?
Tertia Formalis ratio, et nota dicitur ipsa,
Per quam est res, rebusque aliis secernitur, uti
In nobis forma est animus: structura vel artis
Forma domus: exinde potes deducere: gaudes
In mortali animo; quid ni mortalia debes
Spernere? Quarta dehinc est materialis, ut æris

materies—

Materies stantes, ex qua fit res. Argue: Corpus
Est homini mortale; igitur mortalis et ille.

§ 23 De Effectis.

Quę causis sunt orta vocas Effecta, tot extant,
Quot causę, nobisque pari ratione ministrant
Argumenta: parit cęlestia gaudia virtus,
Aeternam vero pęnam brevis una voluptas:
Virtus ergo sequenda tibi; fugienda voluptas.

§ 24 De Assumptorum locis.

Sit Pręjudicium primus, sententia lata
Scilicet in simili causa: fieri unde quod ante
Nunc peto, in simili quia jam sententia constat.
Alter Fama locus; vox est seu publica: fingi
Tune putas, populi dudum quod in ore vagatur?
Tertius est Tabulę leges, seu juraque Patrum:
Unde probas causam, quia lex ita pręcipit. Alter
Est Jusjurandum. Per Cęlum credite jurat.
Quintus sunt tormenta, quibus confessio culpam
Facta rei firmat, pęnaque silentia solvunt.

Sextus —

Sextus sunt Testes. Si religione, fideque
Insignes teneantur idem, sua causa valebit.

§ 25 De Argumentatione.

Hæc argumentorum est explanatio: Septem
Illius Species. Argumentatio prima
Syllogismus erit, partesque hoc ordine nectit:
Propono, Assumo, tandem Complector utrumque:
Omne fugi debet vitium; Socordia languens
Est vitium: ergo fugi ~~socordia~~ debet. Si subtrahis unam
Partibus ex primis; tunc Enthymema vocatur.
Omne fugi vitium: ergo fugi socordia debet.
Si rursus partes omnes includis in unâ,
Tunc Epicheremma est: Causâ sine servus hic audax
Accuset Dominum. Sorites quarta, gradatim
Progreditur plures argumentatio volvens:
Subjacet (en) orbis Christo, Christusque Mariæ,
Josepho Maria: ergo Joseph subjacet orbi.
Assensum ex rebus multis Inductio quinta
Captat, et aut generis partes, aut inferat omnes
Percurrit, pluresve rei res comparat. Audi:

humana —

Caussas, atque potest hoc adversarius uti.
Translatum fugias, et commutabile: primum
Quod non causa parit; praestat, breviterque secundum
Immutatum hosti vires, et tela ministrat.
Ne longum, separatum vel sit: pluribus ultra
Quam satis est illud producitur, haudque cohęret
Hoc reliquis membris: sic importunius errat.

§ 29 De Exordiorum virtutibus.

Ergo è visceribus causę, quo nectere possis
Mox alias facile partes, totum erue ceptum.
Praestet acuminibus: verbis praeluceat aptis;
Cumque tropis addant simul ornamenta figurę.

§ 30 De Propositione.

Qui breviter, clareque scopum, quo oratio tendit
Detegit, hunc dices Proponere; pulchrius autem
Captabit dociles animos, contraria quando
Conciliando dabit, velut cum transfuga fidus:
Aut dives pauper; promittitur; insuper omnem
Dividit in partes causam, quas ordine debet
confir-

Confirmare suo, quo propositaque fuerunt.

§ 31 De Narratione.

Explanat factum, Narratio vel quasi factum
Rem. Sit aperta brevisque, probabilis, atque suavis.
Vocibus hinc notis fiat, simul in referendo
Non interruptus servetur temporis ordo.
Simplicibus constet, et inania vitet.
Neve fidem excedat. sed consentanea rebus,
Personisque, locis, adjunctoque afferat omni.
Tum varios animi motus, sermone leporem
Misceat, inducatque alios brevitate loquentes.
Adde quod interea dispergi semina debent,
Argumentorum firment quae postea causam.

§ 32. De Narrationis Opportunitate.

Postquam exordiris, Narra; cum oratio claudit
Judiciale genus, gestum nisi constet aperte.
Deliberativi generis narratio nulla est,
Exornativi nullam sibi figere sedem
Dicitur; ast, ubicumque occurreris apta, locari.

De confir-

§ 33 De Confirmatione.

Tertia succedit pars Confirmatio princeps,
Nostraque proponit, nobisque adversa refellit
Argumenta: duo sic implet munera. Certè
Posterius reprehensio, confutatio sive
Sequitur. Sed eam, dic, confutatio claudit.
Munus utrumque, statum Rhetor si noscat, obibit.
Est Status, et primò causarum quaestio nata.
Conflictu: Insidias Clodio ne Milo paravit;
Accusator ait; Clodio non Milo paravit
Insidias; inquit defensor: nascitur ex hoc
Quaestio conflictu; Insidias an Milo paravit?
Quae status est, quod tota inibi est, causaque sistat.
Ergo statum tractare per argumenta necesse est
Fontibus hausta suis: teneant validissima primum,
Extremumque locum; medium mediocria servent.
Argumenta dehinc Argumentatio tractat.

§ 34 De Transitione.

Illa inter sese, quamvis sint plurima nectes
Transitione: brevis nexus namque ipsa vocatur,

quo-

Ubi plures coeunt partes sermonis, et unum
Efficiunt veluti corpus, concinnaque surgit
Ex multis apte junctis oratio membris.
Transitio est perfecta, vel imperfecta, priorque
Quae jam dicta refert brevius, dicendaque spondet.
En: hec peccavit juvenis, nunc pergite magnas
Audire virtutes senis. Dicenda secunda
Promittit solum. En: hominis jam noscite fastum.
Transitio rursus simplex, quae sistit in una
Voce: ut enim, quia, quod, Verum, particulaque vocatur.
Particula innectens; conjunctio Grammaticis est.
Aut est composita, et multis fit vocibus ipsa.
Optima transitio, qua vix sermonis ab una
Ad reliquas partes apparet transitus extat.

§ 35 De Peroratione.

Rhetorici postrema Per est oratio nostri
Pars operis; vehemensque novo conclusio cultu.
Duplex munus habet; nempe enumerare, movere.
Enumerat, qui cuncta brevi, quae fusior ante
Dixerat, ante oculos ponit, parvaque tabella

rem-

Rem magnam pingit; repetit non vocibus ijsdem,
Ne cramben recoquat; sed fundamenta sapore
Insinuat condita novo, varijsque figuris.
At movet auditorum animos, qui pertrahit ad se.
Conferat huc Rhetor nervos acerrimus omnes;
Subjiciat gravibus meliora, et acumina verbis:
Multiplicem spargat sententiam, ut inserat acres,
Excitet ut motus, certo sermonis figuras.
Certius impellet mentes, si proferat ipse
In se, quos alijs motus infigere curat.
Mœrorem intendis? Mœre. Lacrhymas ne ciere?
Fle. Terrere? Time. Curasve accendere? flagra.
Nanec nullis gemitus verbis quandoque moventur.

PARS 3a.

Eloquutio.

Eloquor, inventis aptè cum acommodo rebus
Verba, gravi miscens cum majestate decorem.
Pure, composite Rhetor, digneque loquatur:
Quæ tria magniloquum sermonem crebrius ornant.

De elegan-

§ 37 De Elegantia.

Verborum delectum ambit, queis dictio pura,
Perspicueque fluat, Romanis fontibus hausta,
Rhetoris eloquium: Romanos consule Patres:
Purior ex illis emanat sermo latinus:
Exhibe verba, phrasesque probas, quas usus, et author,
E verbis graviora, magisque consona sume,
Leniaque, et nitida; hinc oratio grande sonabit.
Sunt graviora, quibus melius res exprimis; unde
Hic Profligatus vox, quam malus, atque necesse,
Et mendicus erunt graviores pauper, egeve.
Consona suntque magis, quibus a, o, u. crebrius insunt.
Concertare sonat plusquam confligere, quamvis,
Quam licet. Adde superlativa, et habentia plures
Vocales, et composita, et verbalia; praestant
Hic aliis, auresque sonis majoribus implent.
Lenia, quae molli flectuntur voce, vocabis.
Candidulus sic lene magis, quam candidus ore.
Sed nitida obscaenum vitant, quaeruntque decorum.
Utere circuitu, obscaenum dicturus honeste:
Ivit quo Saturni ire solent, dic, nonque latrinas.

amplecten-

Amplectenda tenes; sed nunc fugienda subaudi:
Sordida, prisca, nova, antiquata, poetica, dura,
Turpia verba, nimis rara, et peregrina caveto.

§ 38 De Perspicuitate.

Perspicua ex verbis, vites si proxima, fiet
Dictio, quam planam reddunt, et nota frequenti
Rem, usu, propriis, et significantia sermo.
Obvia non ideo, nimium et vulgaria debes
Usurpare, Metaphora quae vel nulla venustet;
Ast ita nota legas, ut sint incognita vulgo,
Propriaque, ut nunquam longis translata petantur
Sedibus, ambiguo sensu, nec sermo laboret.
Insuper e phrasibus, texunt quas verba repellas
Amphibolon, tenebras generat: sic Ennius illo:
„Aio te Aeacida Romanos vincere posse.
Ne nimium longos fundas, et lege carentes
Circuitus, neque sit prolixa parenthesis, unum
Nec membrum reliquis confusius misceat ordo;
Fixaque cuique suas designet virgula metas.

§ De Dignitate, seu Dispositione.

verba sunt

Verba struit, sensusque ligat modulamine quodam.
Congruitas, ne quid durum, praeposterum, hiulcumque
Seu vastum doceat dicendo torqueat aures.
Ordine, junctura, numero, verum impare gaudet.

§ 10. De Ordine.

Hasce solet leges servare frequentius ipse.
Prima: quod extollens aliquid, levioribus apte
Subjungat graviora, Irrumpet Caesar in hostes
Ac vincet; leviora tamen gravioribus addat
Intonuens: neque vincet, ait, neque Caesar in hostes
Irruet. Ut naturalis praestantia rerum,
Ordoque servetur lex altera praecipit, Ortus,
Occasusque dies, ac nox: hinc dicere praestat.
Tertia, quod nomen praecedat mobile fixo
Ut sceleratus homo. Medii tamen excipe nomen,
Supremique gradus; Petrus sapientior, heros
Seu fortissimus. Adde quibus dissilaba fixa
Sit polysillaba sunt, veluti facundia dulcis
At fixo pulchre disjunget mobile saepe.
Vel patrios casus, fixo qui pendet ab ipso

infelix—

Infelix Didonis amor; conjunctio sive;
Magnanimusque pater; pars praepositiva: Venustam
In faciem; simplex demum aut oratio; summum
Quod video studium. Simile interponere fas est.
Quarta quod et patrius casus fixum ante locetur,
Cujus erit; seu laudis amor. Praedat utrumque
Siqua regat fixum pars praepositiva: in Olympi
Vertice; sed rarus Olympi in vertice cantat.
Quinta quod oppositum, et comitantia praeferat ordo
Supposito, verbum postrema in sede reponat.
Sicut Agenoream gentem dux Scipio fudit:
E duplici verbo, si quod determinat, ipsum
Posterius veniet, propriusque accedere gaudet.
Sexta quod anteeat verbum, primumve solutus
Saepe locum teneat Sextus: Sequente Senatu,
Rex incedit ovans. Queis bona patre perempto,
Dilapidant; miseri compluribus rebus egebant.
Ultima; quod longis verbis, et initia sumat
Ambitus, et finem faciat. Divinior ergo
Hinc hominis studium fit, domini disciplina.

§ 91 De Junctura.

exigit

Exigit hoc primo: Sermo ne fiat hiulcus
Ob collidentes vocales; humida arma;
Neve elementorum duris concursibus asper:
Rex Xerxes. Eadem crebro (perit illa secundo)
Littera ne plures, eadem vel syllaba voces
Inchoet, aut mediis reparatur consona dura:
" Arte citae, veloque rates, remoque reguntur;
" Sic Naso. Atque Maro: Casus Cassandra canebat.
Syllaba praeterea vocis postrema, sequentis
Ne sit prima; sonabit enim cacophonia turpis:
" Aequora pura tacent: Ciceronis carmen ut illud:
" O fortunatam natam me Consule Romam.
Quarto ne duplex membrum claudatur iisdem;
Insuetumve sonis hispani carminis instar:
Ibant cum flentes, plangentes, atque dolentes;
Laodemontis gentis perjuria gentis.
Quarto ne glomeres crebro monosyllaba verba;
Sus, velut, hoc non est; nun hac in re Rex non est dux.
Denique ne propriis rebus sint dissona verba,
Exigit in gravibus producta, Maronis ut illud:
A. 7. 12 Olli sedato respondet corde Latinus.

in celeri

In celeri correpta; velut Charo concinit idem:
J. l. 8° » Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum:
Mollia et in suavi, sed in aspero acerba requirit.
» Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
» Contendunt equitum turmæ, peditumque catervæ.
Mollia vox Ulixes sub.; patronyxes acerba ministrat.

§ 92. De Numero.

Oratorum etsi dicatur sermo solutus,
At numeri vero moderata lege tenetur.
Est numerus Rhythmus quidam, non ille canorus,
Quale poetarum metrum est, ita sed quasi cuncta
Intrat verba latens, et dissimulatus, ut aures
Ipse tamen capiat, gratoque in fine quiescat.
Circuitus numero texuntur commata, membra,
Plena quibus componi dictio nostra.

§ 93 De Circuitu, sive Periodo.

Perfectum omnino claudens oratio sensum,
Integra, seu plane sententia dicitur esse
Circuitus; cujus partes sunt commata, membra,

memb-

Membrum, seu Colon Graecè est oratio sensum
Efficiens aliquem, suspensum, alioque relatum.
Comma, quod incisum, caesum, articulusque vocatur,
Pars membri citra sensum est, cum nomina quaedam
Caesim intervallis distinguimus, atque notamus:
» Accipe circuitum: Quae pleno copia cornu,
» Ubertasque soli, cunctarum prodiga rerum,
» Mollis ad Capuam Poenos, ea postea captos
» Dulcibus illecebris, blandaque cupidine victos
» In Syria, et pingui Romanos fregit Achaya.
Pluribus incisis constat membrisque duobus.

§ 99 De Periodica interpunctione.

Commata distinguat parvae instar virgula lineae
Sed mediae: colon, parvae mihi sint, duo puncta
Signent: cum puncto figatur virgula, quando
Membrum adversanti primo ratione sequetur:
Circuitus puncto signabitur integer uno.
Cum legis, aut recitas sensum mora certa notabit,
Cui chartae respondeat interpunctio fixa.
Spiritus in puncto totus deponitur; inque

articulo–

Articulo, & membro tantum suspenditur idem;
5.1. Major at in membro fieri suspensio debet.

§ 95 De Periodo numero se texenda.

Circuitus numerosus erit, verba omnia quando
Inter se sic apta sonent, in pleraque; quendam
Ut quasi concentum efforment. Concentus at ipse
Pendet ab apposita vocum, quae supra tradita est,
Junctura, durumque fugit, quaeritque suave.
Pendet & a pedibus certis, quorum edocet usum
Tullius, his finem faciens, & initia ducens
Circuitus, medium pauloque remissius ornans.
Principium primus Paeon, duplexve choraeus,
Creticus, aut Dochimus, Bachius, sive Anapaestus,
Pallimbachius teneat, graviorve Molossus.
Paeonibus medium primo, quartoque venusta.
Creticus, aut Dichoraeus erunt in fine, duplexve
Creticus, atque Molossus praecedente choraeo
Amphibrachio, & Spondaeus, Dispondaeus, Iambo
Praecedente: triplex choraeus, Creticus, atque
Dactylus; aut Dochimus; Dispondaeusve Choraeo.

hos alios —

Hos, aliosque pedes princeps Orator abunde
Suppeditat, multosque dabunt tibi scripta legenti.
Hinc cave, ne numeris semper fluat ambitus iisdem.

§ 96 De Periodo amplificanda.

Ars ea, qua parvus digne subcrescit in amplum 505
Circuitus, nobis est amplificatio dicta.
Verborum, rerumque duplex est, altera verbis
Auget opus gravibus, gravioribus altera rebus.
Augetur primo verbis oratio, casum
Cum communem addis: plures Syntaxis at offert.
Insuper augetur cum adverbia commoda junges. 560
Sic Cicero: jure ac merito laudare potestis.
Amplificat etiam pulchre si congrua figis
Adjectiva, novumque aliquid promentia nectis.
" Ubria Aonia fulcit vestigia thyrso.
Augebit quarto, reperita periphrasis: audi, 561
Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris
Incipit, et dono Divum gratissima serpit.
Formarum augebit quinto enumeratio: contra
Majorum mores, et leges omnia gesta
audacter —

Audacter, temerè sunt per vim, atque furorem.
Simplicius verbo sceleratè diceret uno.
Augebunt sexto tractatu sive figuræ,
Quas parit additio verborum infraque notamus,
Quæ super eloquio primum jam dicta juvabunt.
Fontibus ex illis amplificatio manat,
Quos multis secunda locis inventio claudit.
Amplificare cupis? tibi Definitio primum
Unus sit; crebra rei. seu Historia testis
Temporum, ait Cicero, veri lux, nuncia facti
Fida vetustatis, mundi, vitæque Magistra est.
Insuper enumeres partes, adjunctaque sua,
Singula persequens: mirum his oratio crescit.
Præterea glomera causas, effecta frequenter.
Quæ rem præcedunt, quæque ipsa pone sequuntur.
Congere res etiam similes, contraria demum.
Res tandem amplificant totæ (infra cerne) figuræ.

§ 97 De Dignitate.

Pars hæc eloquii consurgit tota figuris,
Atque tropis, ornatur enim seu floribus hortus.
seu stellis—

Cum stellis Cœlum, collum cum torquibus, ipsa
Sic conspersa tropis, oratio, sicque figuris.

§ 96 De Tropis.

Est tropus à propria verbi mutatio sede,
Inque minus propria translatio pulchra, fit uno,
Pluribus et verbis; duplex genus ergo troporum.

§ 97 De Tropis unius verbi.

Ad simile â simili vocem Metaphora transfert. **Metaphora.**
Sic latas segetes, ridentia prata vocamus.
» Lambere flamma comas, et circum tempora pasci.
Totius ad partem, partisque Synecdoche vocem **Synecdoche.**
Trajicit ad totum: totius, carmen ut illud:
» Pabula gustassent Trojæ, Xanthumque bibissent.
Partis et ad totum sicut Maro concinit idem:
» Non anni domuere decem, non mille carinæ.
Perque genus speciem, perque hanc intelligit illud:
» Magna minorque feræ pro Ursis, Sulmonius inquit.
Virgilius: dentesque Sabellicus exacuit sus.
Pro quovis dixit sue, rursus plura per unum:

Te madere –

" Te Thracus, te mollis Arabs, te Seres adorent.

Per causas effecta Methonymia explicat; unde — Methonymia.

Pro Scriptis author, pro inventis ponitur ipse

Inventor, proq; agmine dux: legiturq; Tibullus

" Dona laborat Cereris, Bacchumq; ministrant: — 640

" Annibalemq; Lares Romanâ Sede fugantes.

Deide per effectus causas exponere suevit:

" Pallentesque habitant morbi, tristisq; Senectus

Pro contento etiam ponit, quod continet atque

E contra illud; Ego gratissimus annis: — 645

Hoc est: Civibus; pro pocula vina coronant.

Pro re possessa Dominus: jam proximus ardet

Ucaligon; pro re signata signa reponit:

Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.

Antonomasia usurpat pro nomine certo — Antonomasia.

Quid commune, rerque per excellentiam adaptat:

Urbs Romam signat, clarumque Poeta Maronem.

" Quid memorem infandas acies, facta Tyranni?

Utitur impropriis rebus, quia propria desunt — Catachresis.

Nominibus Catachresis; erunt sed proxima: Regis — 625.

Interfectorem sic Parricida vocamus.

Ex alio-

Ex alio veluti gradibus Metalepsis ad unum
Ascendit: necdum decimas emensus aristas,
Aggrederis metuenda viris. Vates ab aristis
Per Spicas, Segetes, Æstates transit ad annos.
Voce sonum imitatur Onomatopoeia ficta Onomatopœia.
Ut tuba terribili sonitu taratantara dixit.

§ De Tropis plurium Verborum, sive Allegoria Sententiarum.

Est Allegoria aut inversio dicta latinè
Continuata tropi usurpatio, vocibus unum,
Ostendens aliud sensu, velut illa Maronis;
» Claudite jam rivos pueri; sat prata biberunt.
Cum nimis obscuris tegitur sententia verbis,
Est Ænigma: tropus, si fit translatio verbi: Ænygma.
Non ita si propriis: capies exempla duorum:
» Dic, quibus in terris inscripti nomina Regum
» Nascantur flores, et Phyllida solus habeto.
» Mucro mihi geminus ferro conjungitur unco,
» Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo.
» Scrutor aquas medias, ipsas quoque mordeo terras.

obscurè -

Obscurè tropicis describitur Ancora verbis.
Non tantum diversa, sed et contraria verbis — Ironia.
Ostendit sensu solitus Ironia jocari.
Sic Drancen Turnus commendat: Aen. [illegible]
„ Atque tu, Drance, quando tot stragis acervos
„ Teucrorum tua dextra dedit: vix navita Porthmeus
„ Tot simulacra virum potuit traducere cymba.
Huc venit Antiphrasis rerum contraria ponens: Antiphrasis.
„ Quem tenet Euxini mendax cognomine Pontus.
Augens, aut minuens transcendit Hyperbole verum: Hyperbole.
„ Ut: mare per medium fluctu suspensa tumenti
„ Ferret iter, celeres nec tingeret aequore plantas.
Rem circumloquitur per plura Periphrasis unam, Periphrasis.
Quae poterat paucis exponi; est crebra Poetis.
Inter se vocum trajectus Hyperbaton ordo — Hyperbaton.
Est ut: Hyperboreo septem subjecta Trioni.
Insuper inverso rerum ordine Hypallage gaudet: Hypallage.
Ibant obscuri sola sub nocte per umbras.

§ 51 De Figuris.

Schemmata quae Graeci, Latini dixere figuras

Lumina &, Ornatusq vocant, habitusq modosq;
Dignior à Solito vulgi Sermone videns,
Et magis assurgens, fandi modus ipsa Figura est.
Verborum, & rerum distinguis Lumina: prima
Mutatis verbis pereunt, perstantq secunda.

§ 52 De Verborum Figuris.

Fit propriis verbis Verborum saepe figura
Sed Tropus improprijs semper. Tribus insuper illa
Apparet variata modis, seu Detraho; sive
Adjicio, similes etiam, sive ingerens voces.

§ 53 De Figuris per additionem.

Prima unam vocem geminat Repetitio. Quando — Repetitio.
Principio fit, Epizeuxis tum dicitur esse: — Epizeuxis.
× Me, Me adsum, qui feci, in me convertite ferrum.
Membra saepe ex verbo ducit cum saepius uno — Anaphora.
Anaphora est: veluti; Quis Romam diruit hostis?
Quis templa evertit? Quis Tybrim sanguine tinxit?
Saepius in vocem membrum cum desinit unam — Epistrophe.
Est Conversio: Ipsa, velut sunt agmina Patrum?

Extincti-

Extincti Antoni. Ilia urbis funere mersus?
Extincti Antoni. Conjungit Symploce utramq; Symploce.
Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti;
Quam bene, Caune, meo poteras gener esse parenti.
Est Anadiplosis, quoties ex fine prioris Anadiplosis.
Membri principium fit dictio prima sequentis:
Pierides, vos hæc facietis maxima Gallo:
Gallo, cujus amor tantum mihi crescit in horas.
Inchoat, et claudit verbo Epanalepsis eodem: Epanalepsis.
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. 680
Ingeminans, auget vim conduplicatio, vocem Iduplicão.
" Te, veniente die; te decedente, canebat.
Verba Polythoton repetit mutata parumper Polythoton.
" Et glarum glarans, alnoq; absibilat alnus.
Ad summum repetens jam dicta gradatio scandit: Clymax.
" Mars videt hanc, visamq; cupit, sequiturq; cupitam.
Plura Synonimia aglomerat signantia eandem Synonimia.
" Item: si fata virum servant; si vescitur aura
" Atherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.
Quæ conjungunt toties, plures Polysyndethon affert Polyssyndethon.
Particulas: veluti asper agit tectumq; Laremq;
armaq;.

,, Armaq;, amicleumq canem, Cressamq pharetram.

Vbicunq; suum membro Disjunctio verbum **Disjunctio.**

Apponit; membris unum cui sufficit omnibus;

,, Te nemus Angitiæ doluit, te Fucinus unda 695

,, Flevit, & in lachrymas abijt lucus omnis amaras.

Distribuis, si cuiq suum, cum haud sufficit unum **Distributio.**

Omnibus, adjungis membro verbum: excipe carmen:

,, Spumat aper, fluit unda, fremit leo sibilat anguis.

§ 54 De Figuris per detractionem.

Ingentes partes subtollit Asyndethon: audi **Asyndethon.**

,, Ornant, delectant, prosunt documenta Minervæ.

Verbum ad idem refert Adjunctio plurima membra. **Adjunctio.**

,, Qui mare, qui terras, qui cælum numine complet.

Subticet hic verbum Synecdoche, (et ipsa figura; **Synecdoche.**

Non tropus) intellectum alijs ex rebus, ut illud: 705

,, Non ea vis animo, nec tanta superbia victis.

§ 55 De Figuris per Similitudinem.

In sensu diversa, sonoq simillima ponit **Paranomasia.**

,, Paranomasia: edidi quos edit: flamaq fama est.

Si Christum —

" Si Christum nescis, nil est si cætera noscis.

Plura cadunt simili casu si membra, figura est: **Similiter cadens.**

" Pars longe jaculis, pars comminus horrida contis.

Plura cadunt similiter si tempora membra figura est: **Similiter desinens.**

" Cives laudabant, hostes clamore fremebant.

Comparibus paribus membris oratio constans **Isocolon.**

" Pyrithoum fugeret Theseus, offensus Orestem

" Desereret Pylades, dedisset Castora Pollux.

§ 56 De Figuris Sententiarum.

Instruendi causa, haud quærendi sæpe rogamus: **Interrogatio.**

" Jam terram, cœlumque meo sine Numine venti,

" Miscere, et tantas audetis tollere moles.

Unum cum quæras aliud Responsio reddit: **Responsio.**

" Non ego te vidi Damonis pessime, caprum

" Excipere insidijs? Occurrit thusta Maronis:

" An mihi cantando victus non redderet ille,

" Quem mea carminibus meruisset fistula caprum.

Orator præbet sibi cum responsa roganti, **Subjectio.**

" Subjicit, ut: Veteres actus, primamque juventam

" Prosequar? ad sese mentem præsentia ducunt.

Narrem –

" Narrem justitiamque? resplendet gloria Christi.
Suspendit mentes, deinde Sustentatio parva, **Sustentatio.**
Sive minora fefellit, ut insperata profertur:
" Est mihi prodigium cunctis immanius hydris,
" Tigride mobilius feta, violentius Austro,
" Acribus, Euripi refluis incertius undis,
" Rufinus, dixit mihi de sede Megaera.
Praevius occurrens, hostis quae dicere posset,
" Diluo sic: Atqui mihi dicat, cur ego amicum **Prolepsis.**
" Offendam in nugis? hae nugae seria ducent.
Concedit, causae fidens Orator, iniquum.
Cum patiens, dicenda tamen graviora supersunt. **Concessio.**
" Sed si ~~tantus~~ amor belli tibi, Roma, nefandi,
" Totum sub Latias leges cum miseris orbem,
" In te verte manus; nondum tibi defuit hostis.
Sensum, vel positum verbum Correptio mutat. **Correptio.**
Vix mundi novus hospes eram, utrinque volantis
Obvia mors: fallor: fuit, ut dicam, obvia vita.
Furem te dixi, meliusque vocabere raptor.
Fluctuat, et quid agat quaerit dubitatio; sicut **Dubitatio.**
" Eloquar? an sileam? dolor hoc pudor impedit illud.

Orator —

Orator fidens ipsos vel consulit hostes: **Communicatio.**
„Quid faceres, Labiene? rogans sic Tullius inquit.
Quę plus significat, quam verbis exprimit, esto **Emphasis.**
„Emphasis: Immenso jacuit resupinus in antro.
Personam induit Prosopopeja loquentem; **Prosopopeja.**
Extinctos revocat tumulis, atque urbibus ipsis
Dat fictam vocem. Fictâ Respublica voce
„Sic clamat: Quid agis, Tulli, non consulis urbi?
A praesenti alio convertit Apostrophe verba: **Apostrophe.**
„Impulerat ferro Argolicas foedare latebras;
„Trojaque nunc stares, Priamique arx alta maneres.
Externis oculis ferme res subjicit ipsis **Hypothyposis.**
Hypothyposis; at internos Ethopeja movet: **Ethopeja.**
„At domus interior gemitu, miseroque tumultu
„Miscetur, penitusque cavę plangoribus ędes
„Femineis ululant: ferit aurea sydera clamor.
Quę nunc amplificas, nescire, aut mittere dicas **Pręteremisio.**
Cum Pręteremissio, cecinit velut ipse Poeta:
„Quid referam exustas Erycina in littore classes?
„Quid tempestatum regem, ventosque furentes
„Aeolia excitos, aut actam nubibus Irim.

Sedime

Si dicta gravius cum libertate fatetur. **Licencia.**

Dicitur Orator, nobisq Licentia dicta est.

Vos equidem Patres (augustus proferre licenter

Fullius) est dictu grave dicendum atramenti(?)

Sulpitius Stygias vos demisistis ad undas.

Indicat affectus, imperfectaq relinquit **Aposiopesis.**

Aposiopesis: Mnestheus neque vincere certo,

Quamquam O. Sed superent quibus hoc Neptune dedisti.

Objicit Anthitesis rebus res, verbaq verbis: **Anthitesis.**

" Frigida pugnabant calidis, humentia siccis.

" Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Pervenit ad summum gradibus velut Incrementum, **Incrementum.**

Dum primis aliquid superaddunt membra secunda:

" Te vel Hyperboreo damnatum Sydere Thylen,

" Te vel ad incensas Lybiæ comitabor arenas:

" Si calcare notum, secretaq littora Nili

" Nascentis jubeas, mundum post terga relinquam.

Narrati est Epiphonema acclamatio facti: **Epiphonema.**

" Tantum qui longinqua valet mutare vetustas.

Ostendit varios animi Exclamatio motus **Exclamão.**

Me miserum! ô magnum facinus! seu: ô tempora! mores!

Auxilium—

Auxilium implorans hominum, Divumve precatur: **Deprecatio.**

" Per genitorem oro, per spem surgentis Iuli.

Pars 4.

Memoria.

Ipsa quidem rerum ac vocum perceptio firma est.

Pars 5

Pronunciatio.

Hæc omnes superat partes, Demosthene teste,
Rhetoricæ. Vocis, et gestus quoties et apta
Corporis est juxta veteres moderatio leges. —

In Carmonensi Societatis Jesu Collegio â Patre Vincentio Morales [illegible] Ildephonsus Perez ejusdem Societ. accepit.

Anno Dm. 1740.

Sententiarum Flosculi, ex Ovidij monimentis excerpti, et in communes locos digesti, quibus respondet exemplorum copia Poetis cum primis necessaria.

§ 1 Amicitia vera.

Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum,
trist. 9 . . . . Tempore sic duro est inspicienda fides.
Cum Deus intonuit non se subducere nimbo,
trist. 19 . . . . Id denique est pietas, id socialis amor.

Exempla.

Euryalum Nisus, Pollucem Castor amavit.
Thesea Pirithous, Pyladem dilexit Orestes.
Et Damon Pythiam, Patroclo est fidus Achilles.

§ Amicitia falsa.

Donec eris felix multos numerabis amicos:
1 trist 8 . . . . Tempora si fuerint nubila, solus eris.

2 pon. 3. . . . Vulgus amicitias utilitate probat.

11 . . Cura frequensque via est per amici fallere nomen.

. . Turpe sequi casum, et fortunæ cedere, amicum.

2 pont. 6. . . . Et nisi sit felix, esse negare suum.

Exempla.

Medeam Æsonides, Ariadnam ludit amantem

Theseus, Æneas Didonem, Phyllida fallax

Demophoon, Paris Ononen, Theseusque Calypso.

§ 3 Amor.

. Sentit amans sua damna fere, tamen hæret in illis,

Ovid. V. . . . . Materiam culpæ prosequiturque suæ.

her. V. . . . . . Res est soliciti plena timoris amor.

2 artis. . . . . Ut ameris, amabilis esto.

her. 9. . . . . . . Quid deceat non videt ullus amans.

1 remed. . . . . Principiis obsta, sero medicina paratur,

. . Cum mala per longas invaluere moras.

Ut pene extinctum cinerem si sulphure tangas,

1 remed. . . . . . Vivet, et ex minimo maximus ignis erit.

Sic nisi vitaris, quidquid renovavit amorem,

Flamma redardescet, quæ modo nulla fuit.

Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido.

amor ... Attrice, crede mihi: militat omnis amans.

Non bene conveniunt, nec in una sede morantur

merha ... Majestas, et amor.

merh ... Heu mihi quod nullis amor est medicabilis herbis!

Exempla.

Amati mulieres ob formam.

Nec Deianira, Pari Spartana placebat;
Tu Galatea, places multis, Atalantaque velox:
Naso Corynna tibi, tibi Cynthia pulchra Properti.
Galle Lycoris erat, tibi Lesbia grata, Catulle.
Deidamia places, sed mox Briseis Achilli.
Iphis Anaxarate petis, tu Pyrame, Thysbe.

Amati Adolescentes ob formam.

Pastorum formosus amor sunt Daphnis, Alexis.
Poscit Atyn Cybele, Ganymedem Jupiter, Herclis
Pulcher Hylas, Lunae Endymion, Venus ardet Adonim;
Narcissus proprio, Cyparissi Phoebus amore.

Amantes rerum vilium.

Murenam, Hortensi, luges avarus, Agrumque
Navus Aristomachus, Studioque tenetur Hilesius.
Crispus Consul amat morum: Xerxesque virentem
dilexit —

Dilexit glaranum, tumulum Pellæus, et urbem

Bucephalo struxit; statuam tu, Cæsar amato

Tollis equo: Cornix charris celeberrima Regis:

Agrigenti canes, feles, ursique, lupique.

Exequiis celebres, quorum monumenta leguntur.

Pasiphae taurum, Europen, Semiramis hinnum,

Alchidas statuam, sed Aristo sidus aspellam.

Amati ab animantibus.

Hermiam Delphinus amat: gerit anser Olenum,

Et comes est Lagydi Spartanus Graculus ambit.

Sic aries Glauce; sic Deucade Virgine pavo;

Sic aquila indigena Sestri, sic gallus amato

Amphilocho gaudent, sic tangit virginis ursas.

§ 9 Animus curandus.

Ut corpus redimas, ferrum patieris, et ignem;

Arida nec sitiens ora lababis aquâ:

Remed. Ut valeas animo, quidquam tolerare negabis?

At pretium pars hæc corpore majus habet.

Exempla.

Insilit ardentes Democles castior undas,

Et Spurina suam violavit vulnere formam.

Ans. —

§ 5. Ars.

3 artis. ....Scilicet ingenium placidâ molitur ab arte,
....Et studio mores convenienter eunt.

1 pon. 1 - - - - Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,
....Pectora mollescunt, asperitasque fugit.

2 pont. 1. ....Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.

Exempla artificum.

Pictores) Parrhasius, Zeuxis, Timanthes, primus Apelles.
Praxiteles, Phidias, Polycletus, Pyrgotelesque,
Sculptores Lysippus, Lycias, Mentor, Thyro, Callicratesque.
Fabri. Dædalus, Architas, notique Perillus, Epeus.

§ 6 Avaritia.

1 fast. ....Tempore crevit amor, qui nunc est summus, habendi,
.......Vix ultra, quo, jam progrediantur, habet.

1 metha. ....Effodiuntur opes irritamenta malorum.
.......- - - Ferro que nocentius aurum.

2 artis. Aurea nunc vere sunt sæcula, plurimus auro
Venit honos; auro conciliatur amor.
Ipse licet Musis venias comitatus, Homere,
....Si nihil attuleris, ibis, Homere, foras.

3 amor. - - - - Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
inde -

3 amo. . . . . Inde gravis judex, inde severus eques.

3 pont. 5 . . . . —— Res immoderata cupido est.

Exempla.

Rufinusq), Neroq) rapax. Sed & Caelio Plauti,
Alphius, Vmidiusq) avidus memoratus Oratij.
Vespasianus amat lotiũ, quo comparat aurũ
Argalus, Autolycus, Cacusq), Argivus, & Anglus. . . . Fures.
Eurybates fur est, Dionysius, addis Amasim.
Sisyphus est latro, Sironq), Sinisq), Procustes,
Et Garamantes, Arabs, Lestrygonas adde Cyclopas.

§ 7 Auxilium.

. . . Firma valent per se, nullumq) Machaona quaerunt,
3 pont. 4 . . . . . Ad medicam dubius confugit aeger opem.

2 pont. 9 . . . . Regia (crede mihi) res est succurrere lapsis.

5 trist. 6 . . . . Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes:

3 pont. 8 . . . . . Gratia officio, quod mora tardat, abest.

Exemp. hospitibus auxiliantium.

Janus Saturnum, ac Priamum Evander alebat,
Et Pholus Alciden; Phaeacum rector Ulyssem.
Demophoonta hospes Phyllis, Ariadnaq) Thesea
Hypsiphyle Aesoniden, & Medea, Ithacumq) Calypso.

Busiris—

Busiris durus Diomedes, thrax Polymnestor. (Inhospitales.

Iudice me. § 8 Arma.

Iudice me, fraus est concessa repellere fraudem,

3 artis ..... Armaq; in armatos sumere, jura sinunt.

Scilicet est cupidus studiorum quisque suorum;

Tempus & assueta ponere in arte juvat.

1 pont. 6 Saucius ejurat pugnam gladiator, & idem

..... Immemor antiqui vulneris, arma capit.

2 fast. ... Hæc mea militia est: ferimus, quæ possumus, arma.

Exempla.

Gradivus Mavors, Bellonaq;, Pallas, Enyo. (Armorum Dij.

Æneas, Ajax, Agamemnon, Hector, Achilles: (Celeb. milit. viri.

Parthenopæus ovans, Capaneus, Tydeus, Polynices,

Scævola, Torquatus, Decij, Horatij, atq; Metelli,

Scipiadæ, Cocles, Marius, Cæsarq; Camillus,

Annibal, & Macedo, cum primo ab Hercule Theseus.

Sic fortes dicuntur Amazones, atq; Sacræ. (Feminæ.

Hippolyte, Harpaliceq;, & Penthesilea, Camilla

Et Cyro, Tomyris, meruitq; Nimia orbi,

Teucaq; Romanis; Germanis Amalasuntha.

Spartacus est promptus gladio, Pyrrho, patq; Bacchus. (Gladiat.)

§9 Castitas.

Siqua metu dempto casta est, ea denique casta est:

Quæ quia non licuit, non facit, illa facit.

3 amor. 4 Ut jam servaris bene corpus, adultera mens est,

Nec custodiri, ni velit, illa potest.

Epist. her. 5 Lis est cum forma magna pudicitiæ.

Nulla reparabilis arte.

Læsa pudicitia est: deperit illa semel.

Exempla.

Casta fuit Daphne, Diana, Minervaque casta. (Casti Dij.

Asterius turpes refugit formosior ignes, (Viri.

Insilit ardentes Democles castior undas,

Et Spurina suæ violavit vulnere formæ.

Bellerophon, ac Hyppolytus, Crispusque pudici.

Penelope, Euridiceque thoro laudata fidelis est: (Feminæ.

Et Pontya facie placet, ut Sulpitia vestre.

Vindicat eruptum Lucretia morte pudorem.

§10 Conjugium.

2 amor. 16 Ulmus amat vitem, vitis non deserit ulmum.

2 artis — Dos est uxoria lites.

Epist. her. 9 — Si qua voles apte nubere, nube pari.

exempl.

Exemp. Coniuges se amantes.

Rubrius, Albutiusque thorum sine lite colebant.
Plautius, Aemiliusque uxorem morte sequuntur.
Orpheus Euridicem revocat de faucibus orci.
Hypsicratea comes Mithridatis praelia tentant.
Mausolum longo dolet Artemisia luctu
Laodamia suo moritur cum Protesilao.
Hyphias, Evadne, Capaneu, tua busta secuta est.
Servat Hypermnestre, Linceu, tibi fida salutem.
Admetum Alcestis redimit moritura maritum.
Penelope placuit quamvis infidus Ulysses.

Se odio habentes.

Laodice manibus Mithridatis concidit uxor,
Et Procris Cephali, Periandri perdita Lyssis.
Calce pedis prostrata ruit Poppaea, Neronis.
Constantine, tuo moritur Fausta improba Crispo.
Ut Circe regeret, Ninique Semiramis, illa
Tollit, et ipsa virum. Sceleratum Pelides ense
Funestant thalamum. Verum Lucilla peremit,
Dum stabis assuevit. Tollit Rosimunda maritum
Alboinum, patris calva (crudele) bibentem.

filia—

Filia Bentivoli Caleotum spreta peremit.

Quod nudam exhibuit Theben, luit ense Pherqus.

Cæde Ægysthe, Clytemnestram commutis Amide.

§ 11. Cautela.

Terretur minimo pennæ stridore columba,

Unguibus, accipiter, saucia facta tuis.

1 triſt. ! Nec procul à stabulis audet procedere, siqua

Excussa est avidi dentibus agna lupi.

2 pont. 7 — Tranquillas etiam naufragus horret aquas.

2 remed. - - - - Quæ minus apparent retia vitat avis.

1 amor 2 . . . . . Fervida vicino flamma calore nocet.

Dum spectant læsos oculi, læduntur et ipsi,

2 remed. . . . . . Multaque corporibus transitione nocent.

Exempla.

Sisyphus, atque Sinon Ithacus, vaferque atque Phrynondas.

§ 12 Consilium prudens.

Temporis officium est solatia dicere certi,

Dum dolor in cursu est, dum petit æger opem.

3 pont. 11 At cum longa dies sedabit vulnera mentis,

Intempestive qui monet, illa novat.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte

respuit —

1 remed. .... Respuit, atque odio verba monentis habet.

Exitus acta probat, careat successibus opto,

1 heroid. ...... Quisquis ab eventu facta notanda putat.

Temporibus medicina valet: data tempore prosunt,

Et data non apto tempore vina nocent.

1 remed. Quin etiam accendas vitia, irritesque vetando,

......Temporibus si non aggrediare suis.

Qui monet ut facias, quod jam facis, ipse monendo

5 trist. 14 ...... Laudat, et hortatu comprobat acta suo.

Exempla.

Consilio valentium habes infra in doctis, nam qui sapientes,

hi et prudentes.

§ 13 Corpus.

3 metha. Attenuant vigiles corpus miserabile curæ.

Exempla. homines corpore =

Mollis Sophista Leo, et Maximinus anhelus est. Crasso.

Sed tenuis macie Chærephon, Cousque Philetas. Tenui.

Conopas, geminusque Tholon, Pigmæus habetur. Parvo.

Enceladus, Tityus, Briareus, Mimasque, Typhæus, Magno.

Sagenus, atque Gyges, Ephialtes, Cacus, et Otus,

Porphyrion, Rhœcus, Ægeon, Typho Gygantes,

Eurymedon-

Neomedon, ac Amthaeus, Polyphemus in antro.

Custos Athas, Ladas celer calcavit aristas. Agili.

Bellerophon, Perseus, tunc Dedalus, Icarus alis.

Iphiclus, atq. Orion, Atalanta, Camilla volavit.

Battus erat balbus, Michael: Bambalio. Hundus. Defectuoso.

Tyresias caecus, Thamyras, Daphnis, Homerus. Deformi.

Thersites, Damon, Hipponax, turpis Hermippus,

Aesopus, Brotheus, Accoq., & lusca Philenis.

§ 18 Deus.

Quamvis est igitur meritis indebita nostris:

4 pont. 3 .... Magna tamen Spes est in bonitate Dei. Bonus.

Saepe Deos aliquis peccando fecit iniquos:

Et pro delictis hostia blanda fuit. Clemens.

5 Fasto. Saepe Jovem vidi cum jam sua mittere vellet

.... Fulmina; thure dato sustinuisse manus.

Crede mihi: miseris Caelestia Numina parcunt:

3 ex 4 10. 6. .... Nec semper laesos, & sine fine premunt.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat;

2 tris. .... Jupiter, exiguo tempore inermis erit.

13 metha. Aspiciunt oculis Superi mortalia justis. Justus.

5 tris 121. Plus valet humanis viribus ira Dei.

Immensa —

. . . — — Immensa est, finemque potentia cæli
8 metha. . . Non habet, et quidquid Superi voluere peractum est.

Exemp: erga Deum pij.

Primus Alexandri labor est Diis thura litare,
Primaque cura Numæ: Phœbo prius oscula Scyllæ,
Verba justa dabat, quam quod discrimen adibat.

§ 15 Divitiæ.

Non ego divitias dando tibi plura dedissem:
5 trist. 15 . . . . Nil feret ad Manes divitis umbra suos.

Exemp. divitum

Indi, Arabes, Lydi, Seres, Persæque opulenti:
Crassus, Sylla, Mydas, Crœsus, Lucullus abundant.

§ 16 Doctrina, seu Sapientia

— — — — — — Nil non mortale tenemus,
3 trist. 7. . . . . Pectoris exceptis, ingeniique bonis.

Felices animæ, quibus hæc cognoscere primis,
1 Fast. . . . . . Inque domos superas scandere, cura fuit.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes,
2 ex P.to 9. . . . . Emollit mores, nec sinit esse feros.

Ingenium quondam fuerat pretiosius auro
3 amor. 8. . . . . Nunc est barbaries grandis habere nihil.

plura. —

Plura vide supra sub Tit.° Ars.

Exemp: doctorum =

Natus Aristoteles Physicis, Plato, Socrate juncto: Homines.
Archimathematicis Thedes: Medicisque Galenus,
Hippocrates que: doces leges, tu Barthole, Balde:
Tulque loqui, Cicero, tu cum Demosthene Nestor.
Sappho nota, & Erinna fuit, Theanoque Corinna, Foeminæ.
Æmula Pindaricis, atque Aspasia apta Sophistis,
Fanilica & Thanto, Græcæ Nicostrata linguæ.
Atque Sibylla frequens, mater Cornelia Gracchi.

§ 17 Ebrietas.

Vina parant animos Veneri. . . . . .
Item: Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent,
. . . Illa pudore vacat, Liber, amorque metu.

Exempla.

Ennius est Bacchum veneratus, & Heraclites.
Thatte pugil, Sophiæque cliens Anacharsis amabat.
Amphora Bonosus, Mero, sic Nero dictus haberetur.

§ 18 Exercitatio, & Usus.

Adde quod ingenium longâ rubigine læsum
Torpet, & est multo, quam fuit ante, minus.
Similiter —

Fertilis assiduo si non renovetur aratro

5 trist. 12 . . . Nil nisi cum spinis semen habebit ager.

2 artis . . . . Solus artifices qui facit, usus adest.

Exemp. Suggeritant tibi Ars, Doctrina.

§ 19 Fama.

Sed famae invigilare juvat, quis nosset Homerum,

3 artis . . . . Illias aeternum si latuisset opus?

2 fastorum . . . Et memorem famam, qui bene gessit, habet.

4 trist. 3. . . Ardua per praeceps gloria vadit iter.

Exempla.

Omnia hic titulus complectitur exempla, quae sub certis aliis collectaneum opusculum exornant, quia tamen aliqua pressa sunt, quae propria sede, ac velut domicilio carent, ea suo Fama excipit hospitio, diversa licet, ac diversam expectantia.

Famosi aurigae, et =

Myrtilus Oenomai, Automedon est vector Achillis, Vectores.
Hectoris est Cabrion, Iolaus ut Herculis, esset
Memnonis, et Solis Phaeton, Turnique Metiscus;
Sic Pelops, sic Messapus moderator equorum.
Notus Apollonius Zoroastris ab arte, Gymnosophistae Magi.
Hostis Ioanni certat, Petrusque Simoni.

Mnesthea —

Mnesthea Typhin, Palinuro junge Cloanthum. **Nautae.**

Faustulus est Pastor, socio Gyge, Daphnis, Amyntas. **Pastores.**

Penelopes tela, et Pholoes laudanda Arachnes. **Textrices.**

Sunt Marsi, et Psylli, Nursi, Chaonesque potentes **Venefici.**

Carmine, Canidia, ac Michale, Medeaque, Circe.

Hippolitus, Cephalus venator, Lausus, Orion. **Venatores.**

Acteon canibus laceratus, Adonis ab apro.

Venatrix Atalanta fuit, Arethusaque; et Hippe,

Arte Philocrates vibrat, et tu, Mopse sagittas. **Viri opifices.**

Carpophorus mango, sutor tu, Alphene, Cocusque.

Mysthillus, Licinus tonsor, Vexillo Diaulus.

§ 20 Foemina.

Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsae:

f artis: . . . . Ille locus casti damna pudoris habet.

f amoris . . . . Impia sub dulci melle venena latent.

Exempla.

Cum Rhodope levis est Phryne, cum Thaide Lais,

Floraque cum Glycere, Aspasiaque est juncta Sinope.

Jupiter Europam rapuit, Minoida Theseus, **Raptae.**

Eurytus Hippodamen, Briseida captus Achilles,

Hesionem Thelamon, Alcides nobilis Augen,

Et Cas-

Et Castor Phoeben, Hilairam frater, amansq;
Tyndariden Paris, & Centaurus Dejaniram,
Romulidæ ludos inter rapuere Sabinas.

§ 25 Forma.

Si mihi difficilis formam natura negavit,
15 her. . . . Ingenio formæ damna rependo meæ.
Ista decens facies longis vitiabitur annis:
3 trist 7 . . . Rugaq; in antiquâ fronte senilis erit.
Injiciet manus formæ damnosa senectus,
Quæ strepitum passu non faciente venit.
1 am.
Delectant etiam castas præconia formæ,
. . . Virginibus curæ grataq; sua forma est.
2 fast. . . Hodera servasset, si non formosa fuisset.
1 fast. . . Fastus inest pulchris, sequiturq; superbia formam.
3 am. . . . . Forma Dei munus.
Sint procul à nobis juvenes, ut fœmina compti
9 her. . . . . Fine coli modico forma virilis amat.

Exemp.

Narcissus Forma, flos est Hyacinthus, Acanthus, Formosi.
Formosus Paris, ac Helenes cum Castore Pollux.
Rex pulcher Nisus, bellator Hyllarus atq;

 Belle-

Bellerophon, Nireus, Gyges, et Parthenopaeus.

Formam, et habitum mutantes.

Parthenie studiis, regnisque Semiramis arte,
Eugenia, ac Theodora virum gestare figurant.
Sardanapalus erat mulier, cumque Hercule, Achilles:
Mestra, Periclymenus, Proteus, Achelous utrumque.

§ 22 Fortuna.

Passibus ambiguis fortuna volubilis errat,
Et manet in nullo certa, tenaxque loco.
5 trist. 8 Sed modo laeta manet, modo vultus sumit acerbos,
Et tantum constans in levitate sua est.
Nempe dat, et quodcunque libet fortuna rapitque,
3 trist. 7 ... Irus et est subito, qui modo Croesus erat.
Nil adeo fortuna gravis miserabile fecit,
9 ex P.to 9 ... Ut minuant nulla gaudia parte malum.
2 trist. ... Nube solet pulsa candidus ire dies.

Exemp. Fortuna felix.

Regna Gygis, Lydi, Samiique Polycratis omnis
Sors fovit: felix Marius, felixque Metellus.
Atthis Timotheum, sed Cimonem praedicat Argos.

Felices ex infelicibus.

Ante Gyges Pastor, victor Darius, agresti
Iustinus, Probus ac Marius, Ciceroque jacebant.
Bassus agaso fuit, Agathocles conditor olim.
Sphorcia de lixis, Tamburlanesque bubulcus.
Magna Helena ignotis latuit Regina Britannis.

Infeli. ex felicibus.

Infelix Marii, Samiique Polycratis est mors.
Cederis, o Caesar, postquam, Pompeje, jacebas.
Iullius Amoni cadit hostis sponte cadentis,
Rex cecidit sese Mithridates vindice: Xerxes
Artabani ferro, gladio hic cadit Artaxerxis.
Se Tamberlano Baiazetes, Rege Sapori
Valerianus humi sternit, Belisarius urbem
Ipse adiens victor, esse mendicus adibat.

§ 23 Fortitudo.

A... Dum vires, animique sinunt tolerare labores,
3 arris ... Iam veniet tacito curva senecta pede.
8 metha ... Paupertatemque ferendo
Effecere levem, nec iniqua mente ferendam.
2 arris ... Quod male fers assuesce, feres bene, multa vetustas
Lenit. ...

Audentes Deus ipse juvat. — 80 mesha.

Exemp. fortes animi.

Fortis Anaxagoras nati post funera sese
Mortalem genuisse refert: Cornelia Gracchos
Se peperisse sanis: Xenophon immotus ad aras
Nati audit fatum: Cato, neve Antonius ullos
Concidit ad casus animo. Qui forte Lycurgo
Eruit insultans oculum, hunc de crimine solvit.
Misit Aristides, dum sputo os improbus implet.
Diogenes risit convivia; Socrate funero.
Cambyses natum Praxaspes, at ebrius, arcu
Trajicit immoti; flammis dat Scævola dextram.
Phormio militiæ, Phocion, Thrasimachusque durus.
Cenonem Phalaris fregit, Cypriusque tyrannus.
Torsit Anaxarchum: superavit Regulus omnes.
Fortis Milo, Schinis, Theseus, Telamonque, Ajaxque; Corpore
Heraclis incubuit, Aliusque Athlantis in armis.

§ 24. Garrulitas.

Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat
2 amo. 2 — Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit.
Eximia est virtus præstare silentia rebus;

2 art. . . . At contra gravis est culpa tacenda loqui.

2 amor. 2. - - Quis minor est autem, quam tacuisse labor?

Exemp.

Garrula lingua Tantalus plexa est, ut Tantalus undis.

Varis Aristophanis, lingua Eupolis, atque Cratini,

Et Nevi infamis, tu, Thomes ac Zoile, mordax.

Esse, Theonis notes: Hipponax, Memmius audax:

Morte tuus, Daphita, mordaxque, Theocrite, lingua.

§ 25. Homo.

— — — — video meliora, proboque; Fragilis.

7 metha.

. . . Deteriora sequor. . .

5 mist. 5. Nil homini certum est. — — Ignorans.

Proh Superi! quantum mortalia pectora caecae

6 metha.

Noctis habent! — — — —

Ludit in humanis Divina potentia rebus,

9 ex P.to 3. Et certam praesens vix habet hora fidem.

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata, Pron. in malum.

3 amor. 9 . Iuvat inconcessa voluptas.

Cui peccare licet, peccat minus, ipsa potestas

. . Semina nequitiis languidiora facit.

Exemp. homines stulti.

Stulta mente vagas, Melithides, atq Chorebus;
Et delira Arco Speculi sub imagine luga.

§ 26 Inconstantia.

Surge referre pedem; nec passu stare tenaci,
2 ex P.to 6 - - - Surge laborantes deseruisse rates.

Cepisti melius, quam desinis ultima primis
19 her: - - - Cedunt, dissimiles hic vir, et ille puer.

1 trist 8 - - - Quo pede cepisti, sic bene semper eas.

2 amor 16 Verba puellarum foliis leviora caducis.

§ 27 Ingratitudo.

2 her. - - Est aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas

Exp. et Suorum proditores.

Proderis, Amphiarae, tua, placet alter Adrastus,
Deiphobusq Helena; Tarpeja puella Sabinis.
Seq, suosq offert, armillis obruta pactis.
Harpagus, Astyagen, Cyro, Samiaq Philippo
Prodit Appolonius, Creso ditanus inique
Eurybates favit Cyro, tandem arte Sinonis
Troja, et Annibalis Peni sub fraude triumphant.
Ante Epirotas prodit, Drususq Magullam.
Quis Porsenna favit, Sertorius occidit armis.

§ 28. Invidia.

Summa petit livor, perflant altissima venti,
l. remedior. . . . Summa petunt dextra fulmina missa Jovis.
Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
l. amor. . . . Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.
Scripta placent à morte fere, quia laedere vivos
l. ex ponto . . . Livor, & injusto carpere dente solet.
Livor iners vitium, mores non exit in altos,
. . . Utque latens ima vipera serpit humo.

Exemp.

Magnus Alexander magnos odisse solebat,
Lisimachumque, tum Perdiccam, fortemque Seleucum.
Scaligeris Caesar magni cognomina rasit,
Torquati torques, Cincinnatique capillos.
Invidiâ Proculus mortem formosus adibat.

§ 29 Ira, & Furor.

Sed nunquam dederis spatiosum tempus in ira:
l. amor. 8 . . . Saepe simultates ira morata facit.
Thero. . . Vince animos, iramque tuam, qui caetera vincis.
l. arti. . . . . . Ut fragilis glacies interit ira mora.
l. amor. 7 . . . Quam levet infirmas adjuvat ira manus.
candida –

Janus. ..Candida pax homines, trux decet ira feras.
4 Metron. Pax Cererem nutrit: pacis alumna Ceres
3 versus: Quo quisque est major, magis est placabilis ira,
...Et faciles motus mens generosa capit.
4 metha. ——————————tanta est discordia fratrum.

Exempla.

Commodus iratus famulum fornacibus egit. Irati.
Vedius effractum vitrum morte ultus acerba est.
Medeae est rabies, dedit iracundia Cotys.
Nomen, et invisus frendente Varinius urbi est.
Mynades, et Phoebas, Corybanthes turba furentum est. Furiosi.
Cadmias in natos, Hercles, furiosus Orestes.

Crudel. popoli, et Homines.

Thrax, Geta, Sauromatae, Scytha, Massagetaeque, Geloni,
Centauri, Lapithaeque truces, Nero, Sulla, Sinisque,

Ira Filiorum in Parentes.

Busiris, Phalaris, Diomedes, Tyro, Procustes.
Caede Clytemnestrae sternis patris ultor, Orestes.
Conjuge, Nine, cadis, Ninique Semiramis ense.
Vindicat Alcmaeon, Eriphyles caede Parentem.
Odisse, tu Lajum perdis, Peliaeque Senectam
perdebit—

Perdiris, ô nate, dum vos Medea fefellit.

Ultra suum est Cyane, Cyanippo in Patre pudorem

Cæsa; Medulli manibus sic cæsus, Arunti, es.

Et patrem, & Matrem Mithridaticus abstulit ensis.

Perdit Agrippinam Nero: Sic Ptolemæus utramque

Hic matrem, ille Patrem, fratremque tertius aufert.

Herodes, Mnemon, Mithridates, Dejotarusque, Parentum in filios.

Tigrane natos, Leovigildus ut Hermenegildum

Substulit, ac fidei nutatrix Barbara cæsa est.

Posthumius proprium cædit post prælia natum.

Virginiam pater occidit, frustra patris, Appi.

Limonem Hippomenes violatam pabulum edacis.

Fecit equis, sic Leucothoam violenter amatam

Orchamus infodit vivam. Sic Mater Agave,

Bacchica dum spernit, discerpsit Penthea, natum.

Harpagus assumpsit, coquit Atreus pignora fratris.

Progne cædit Itym, Tereus in viscera condit.

Tantale, Dijs Pelopem mactas. Calphurnia cæsa est,

Vinceret ut Marius Pater hostem. Agathoclea tollit

Lysimachus, Sæva Arsinoe stimulante noverca.

Rege Athamante cadit juncta Euriclea Learcho:

mergit—

Mergit & Hippodamas Acheloi crimina passus.
Te, Meleagre, Parens Althea in stipite perdit.
Romulus adversum fratrem est, Athreusq Thyestes, Ira fratrum
Dardanus Jasium, Polynices contra Eteoclem. & Sororum.
Sic cadit Antigonus ferro, & Hyperionis ensis,
Quum soror ultra ipsi. Cambyses ense sororem,
Substulit ac fratrem. Cadis, Archesilae, Learcho:
Silius sic uxore cadit: sic regna peruntur.
Pro suo Tydeus Menalippum substulit agro,
Coana sic Helenus: Sucon perit improbus ense
Oxilochi: sic Mamertes Sisaphonis impius.
Cadvidius leges Anacharsin ferre perosus,
Hunc sine lege necat: tollitq Jugurtha nepotes.
Acrisium Perseus, Aegysthus substulit Atream.

§ 30. Justicia, & Judex.

——— Nec enim lex ulla justior est,
5 ovid.: . . Quam necis artifices arte perire sua.
——— Sed seditio viribus aequum,
. . Utraq pugnaci jura sub ense jacent.
6 Blasto. Sic agitur censura, & sic exempla parantur:
. . Cum judex alios quod monet, ipse facit.

Exempla.

Saturnus Latio, Minos tibi, Creta, Lycurgus Legislato.

Spartanis, legesq Solon praescripsit Athenis.

Eacus & Minos, Rhadamantus judicat umbras: Judices

Nota Pirenei integritas fuit una Biantis recti.

Hermetem Aegyptus laudat, sed Pythea Lucas.

Centauris aequus Chiron, Locrisq Zaleucus,

Cambyses Persis, cui Pelis iniqua Sisamnis

Cedi affixa fuit. Dormitans forte Philippus

Causa errans mulctam dedit, absolvitq Machetam.

Nec Cato, nec quicquam Phocion indulsere amicis.

Manlius adversum natum est, jussitq magistrum

Terga Phaliscorum pueris nudare Camillus.

Tarquinius Spretor, comprensor Aemulius aequi: Iniqui.

Hauritiq Midas Phoebus post Pana canentem.

Collocat, Hesiodum Flamis praeponit Homero.

§ 31. Lachryma.

---- Est quaedam flere voluptas,

Ovid. Trist. 3. ---- Expletur lachrymis egeriturq dolor.

Famis. Et lachrymae prosunt, lachrymis adamanta movebis.

Neve puellarum lachrymis moveare, caveto;

2. Remedior. .. Ut flerent, oculos erudiere suos.

Exemp.

Obriguit Niobe lachrymis, Philomela soluta est.
Mergitur Alcione, sudant electra sorores. (Phaetontis.)

§ 32 Laus.

Excitat auditor studium, laudataque virtus
4 Pto. 2. . . . Crescit, et immensum gloria calcar habet
Denique non parvas animo dat gloria vires,
Et fecunda facit pectora laudis amor.
Scribentem juvat ipse favor, minuitque laborem.

Exemp. Rerum Vilium Laus.

Nota Apulei est asinus, sic Moria Hiraßno.
Nota Favorini febris, culicesque Maronis.
Synesi calvus, Busiris Isocratis extat.
Turpis Aristippus Dionysii servus habetur. Adulatores
Aequat Alexandrum Divis Cleo facta sequuntur
Evagoras, ac Demagoras plectendus Athenis.
Claudus erat Clisophus claudo sub rege Philippo.
Os, oculosque simul torquet Sarmentus in urbe.
Clarus adulator, tum Galba clarus, Agrippes.
Hos tamen Augustus, Caesarque hos Claudius odit.

§ 33 Lætitia.

Gaudia principiis nostri sunt, Phoce doloris

I metha. Aqua adeo est sincera voluptas

Solicitumque aliquid lætis intervenit.

Exempl. præ lætitia mortui.

Chilonque in nati raguerunt gaudia palmâ;

Dumque suum Clianmis salvum Romana recepit,

Lætitiâ periit, risuque poeta Philemon.

§ 34 Liberalitas, seu munificentia.

Munera, crede mihi, placant hominesque, Deosque,

2 amor . . . Placatur donis Jupiter ipse datis.

Ibidem. . . ——————— Acceptissima semper

Munera sunt, author quæ pretiosa facit.

Gratiaque officio, quod mora tardat, abest.

Exempl.

Magnificus Scaurus, Pompejus, et Octavianus. **Liberales.**

Vespasiane, nihil, nil nec Galiene, negabas.

Mæcenas, Tacitus, Probus, ac pius Antoninus:

Militibus Nerva, et populo favisse putatur.

Trajanus Rhenus, fraterque Proculejus amaror.

Attica, Persarumque cohors, Cyprus atque Corymbus **Prodigi.**

Prodiga quisque fuit; Phocus famosus Athenis,
Albidius Romae decoctor; Apicius omnes
Vicit, et in sola se vance Vitellius effert.

§ 35 Medicus.

Non est in medico semper, relevetur ut aeger,
1 ex Pº. 4 ... Interdum docta plus valet arte malum.
Crescit interdum modo dat medicina salutem,
Quaeque juvat, monstrat, quaeque sit herba nocens.

Exemp.

Mercurius, Phoebus, Epidaurius arte medentur.
Sic Ixon Chiron, Podalirius, atque Machaon.

§ 36 Mores.

Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figurae;
1 artis ... Qui sapit, innumeris moribus aptus erit.

Exemp.

Fabricius, Curiusque gravis, Cato censor habetur.

§ 37 Modus in omnibus.

Quod caret alterna requie durabile non est, In labore.
1 Pº. 4 ... Haec requies vires, fessaque membra levat
Dare quiem, requietus ager bene credita reddit,
Terraque caelestes arida sorbet aquas.

numi

Nutritur vento, vento restringitur ignis.

2 remed. Lenis alit flammas; grandior aura necat.

Luxuriant animi rebus plerumque secundis,

Nec facile est æquâ commoda mente pati.

Exemp. Immoderati Gulâ.

Phagamos, Phaon, Timocreon celebrantur [illegible]

Nonus Alexandro Promachus. Biriasque bibones,

Aglais una vorax, atque ebria [illegible] juncta est.

Filius Æsopi, Cleopatra, Neroque Gulosi.

Et tu, Galloni, Curtiaque Philoxenus, Abron. [illegible]

Persarumque Phagus, vixit sat mensa Laconum

Frugalis, Porusque Indus panem addit undis.

Puls Anacharsis erat, lac Socrati, escaque panni.

Zeno cruda capit, famis est mensura Lycurgi

Est Masinissa semel, Mithridates stando refectus

Locrenses vinum exosi; Proculus Sophista,

Sic carmen, et vinum Tyaneus Apollonius dictus.

§ 38 Mors.

Lam. 4. Optima prima feræ manibus rapiuntur avaris.

3 me. - - - - - - - Sed scilicet ultima semper

Expectanda dies homini est; dicique beatus

Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

Namque: Stulte, quid est somnus nisi gelidæ mortis imago?
Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Scilicet omne sacrum mors importuna profanat,
Namque: Omnibus obscuras injicit illa manus.

Mors certe faciet, ne sim, cum venerit, exul,
Ne non peccarim mors quoque non faciet.

Exempla:

Varia mortis supra vide in Ira, adjice:
Polydamas rupe est pressus, sed ab arbore Milo.

§ 33 Obsequium.

Desine (crede mihi) vitia irritare verendo;
Namque: Obsequio vinces aptius ipse tuo.

Dextera præcipue capit indulgentia mentes.
Asperitas odium, sævaque bella movet.

Namque: Cede repugnanti, cedendo victor abibis.

Exempla:

Æsopo famulo nunquam Demosthenis error
Consiliis obstiterit. Cleopatram serva Neæra,
Charmionque subit morientem. Europe, fugaci

Incumbis moriens Graccho. Sic servus acerbis
Hostibus Vbini occurris casurus amictu.
Zopyre, Dario est Trojano fidus Achates.
Sic Bruto, ficta, se, voce, Tecennius offert.

§ 40 Otium.

Otia si tollas, periere Cupidinis arcus,
l. remed. — Contemptaeque jacent, et sine luce faces.
. . . Cedit amor rebus, res age, tutus eris.
. Cernis ut ignavum corrumpant otia Corpus,
l. Pont. 6. . . . Et vitium capiant, ni moveantur, aquae.
Venturae memores, jam jam flore senectae,
. Sic tempus vobis nullum abibit iners.

Exempla.

Desidiae causa est Aegysthus factus adulter.
Mollis Aristagoras quondam est Milesius dictus.
Huic Agaton tibicen, Heliogabalus, isti
Par quoque Sardanapalus erat; sic Batalus omnis,
Stratoque Sydonius vicit, vel mollior Abron.
Cultus Aristholes, compti Lysistrati ora.
Mollis et, Hortensi, mollis tu, Caesar Iuli.

§ 41 Patria.

Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
1 Pto 4. . . . Ducit, et immemores non sinit esse sui.

Omne solum forti patria est, ut piscibus aequor,
1 Fast. . . . Ut volucri, vacuo quidquid in orbe patet.
2 Trist. Et prius est patriae facta referre labor.

Exempla:

Pro Patriâ Theseus Labyrinthi tecta subibat,
Protogenia cadit, Decij, Cocles, Fabijq.

§ 42 Paupertas.

Non habet unde suum paupertas pascat amorem;
1 Remed. . . . Pollicitis dives quilibet esse potest.
2 Amor.
———— Moderatius opta
1 Pto 9 . . . Et voti (quaeso) contrahe vela tui.
Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, et infra
3 Trist. 4 . . . Fortunam debet quisque manere suam.

Exempla.

Codrus, et Irus inops, Telles, Cleobisq., Bitonq.,
Illis Telemachi nota est; Lycensq., Hecalesq.:
Aspra tota domus tenuem capiebat acellum.
Aemilius Persei, tum victor Agrippa Laurini
Pauper, Epictetus, Cato, Paulus, Epaminondas.

Celque Biante, Crates, Bysardeo junge Gnomen.

§ 43 Pietas.

Parva gerunt charus, pietas pro divite grata est.

2 Fastorz... Ascenere. — — — — — — —

5 P.to 4: Ut desint vires tamen est laudanda voluntas:

— — .. Hac ego Contentos auguror esse Deos.

Sed qui, quam potuit, dat maxima gratus abunde est,

Et finez pietas contigit illa suuz.

Exempla:

Pietas, aut amor filiorum in Parentes.

Erigone laqueo moritz dolet (Schare) Pami.

Ne tu, Messenii, caderes, est vicinna Laufur.

Vecta Argia Parens, Clebiq, Bitong trahebant.

Agginus, Anchises, nato portante feruntur.

Amphinomus, flagrante Aetna, fraterq parentes

Excipiunt, et idez Antigone caeco (Oedipi) praestat.

Parentum in filios.

Ascanius cura Aeneae est, Hecubae Polydorus.

Sardapii est Thorayni, est Cyrus Crudeliter ultz.

Rex natoz, Mysterine, lobri sub imagine servas.

Fratrum inter se.

Quem Leo perdit Ajam deploravere sorores.
Heliades casum Phaethontis. Grana fames.
Vincit Amycleos, Eucladis in fratris honorem.

§ 44 Poena.

Leniter ex merito quidquid patiare ferendum est.
5 heroid... Quae venit indigne, poena dolenda venit.
5 trist... Felix qui patitur, quae numerare potest.
Conscia mens ut cuique sua est, ita concipit intra
3 Fast.... Pectora pro facto spemque, metumque suo.
3 P.to 4.... Est qua pati poenam, quam meruisse minus.
2 amor.... Aequo animo poenam, qui meruere, ferunt.
2 metha: Heu! quam difficile est crimen non prodere vultu.
4 P.to 10.... Quam miser est, qui fert asperiora fide.

Exempla.

Est Perusina fames, Solimaeque, ac dira Sagunti.

Poenis Inferorum damnati.

Sisyphus, Ixion, Tityusque, ac Tantalus, Urna,
Cerberus, atque Charon, Hecate, Proserpina Pluto.

§ 45. Poeta.

At sacri vates, et Divum cura vocamur:

3 amo: 9. . . Sunt etiam qui nos numen habere putent.

Est Deus in nobis, agitante calescimus illo,

6 Fastor. . . . Impetus hic sacrae semina mentis habet.

Est Deus in nobis, sunt et commercia coeli,

3 artis . . . . Sedibus aetheriis spiritus ille venit.

Quid petitur sacris, nisi tantum fama Poetis?

6 Fasto. Hoc votum nostri summa laboris habet.

Crescit in immensum foecunda licentia vatum,

Obligat historica nec sua verba fide.

1 trist 1. . Carmina secessum scribentis, et otia quaerunt:

2 trist. . . . Exorant magnos carmina saepe Deos.

Carmine fit vivax virtus, expersque sepulchri,

4 Pto 8 Notitiam serae posteritatis habet.

Di quoque carminibus (si fas est dicere) fiunt

Tantaque majestas ore canentis eget.

2 am. 13. Sint tibi pro magno felicia carmina sensu.

Exempla:

Amphiaraus humo mersus, cum preside Phebo,

Deiphobe, Cassandra simul, vatesque Sybyllae.

§ 46 Senectus.

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
1 Fast: . . . . In qua suo pretio ruga senilis erat.
14 metha — — — — — — — — Sed jam felicior ætas
Terga dedit, tremuloque gradu venit ægra senectus.
——————— Non omnia grandior ætas,
6 metha Quæ fugiamus habet. ———————
——————— Seris venit usus ab annis.
Dum vires, animique sinunt tollerare labores
3 amo. . . . . Jam venit tacito curva senecta pede.
Fert bene præcipites navis modo facta procellas:
4 misc 6. . . Quamlibet exiguo solvitur imbre vetus.

Exempla.

Thithonus, Nestor, Pylius, Cumæa Sybilla.

§ 41 Superbia.

1 amor. – Scilicet a speculi sumuntur imagine fastus.
4 ex P.to 8. . . . ——— Quod sequitur, quisque tuetur opus.
3 P.to 9. . Cum sua plus justo carmina quisque probet.
Non ideo pelago debet se credere, si qua
Audet in exiguo ludere cymba lacu.

Exempla.

Se sapor astrorum fratrem, Salmoneus esse

Jactabat tonitrus Dominum, Ammonemque parentem
Fingit Alexander: mensem Nero vertit Aprilem.
Empedocles vates praeceps devolvitur Aetnam,
Ne moriens credatur homo. Sana sere gravis
Dic tantum esse Jovem, presente Menecratem arte.
Marsya cum Phoebo certat, Thamyrasque Camoenis.
Infelix Niobe Latonam prole lacessit.

§ 48 Tempus.

Labitur occulte fallitque volatilis aetas.
10 metha. . . . Et nihil est annis velocius.
Utendum est aetate, cito pede labitur aetas,
3 arnis. . . . . Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit.
Scilicet exiguis prodest annosa vetustas,
5 triste 2. . . . Grandibus accedunt tempore damna malis.
Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
1 arnis. . . . Dura tamen molli saxa cavantur aqua.
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis.

§ 49 Virtus, seu Probitas.

Non illo melior quisquam, nec amantior aequi
1 metha. . . . Vir fuit, aut illa reverentior ulla Deorum.
Nam genus, et proavos, et quae non fecimus ipsi,

13 metha... Vix ea nostra voco.

: Si modo angus, nec statum nomen avorum,
4 P.to 1o... Sed probitas magno, ingeniumque facit.

.. Et mala sunt vicina bonis: errore sub illo
4 remd... Pro vitio virtus crimina saepe tulit.

16 heroz. ... Est virtus placitis abstinuisse bonis.

Exempla.

Deucalion, et Pyrrha manent, superinnata arca.

§ 60 Virtus, seu magnanimitas.

2 arno. Ardua molimur, sed nulla nisi ardua vincunt.

2 fast. Fraude gerit virtus.

2 P.to 2a. .... Sed tendit in ardua virtus.

14 metha Invia virtuti nulla est via.

: Non minor est virtus, quam quaerere, parta tueri.
2 arni... Casus inest illic, hic erit artis opus.

Quae latet inque bonis cessat non cognita rebus,
Apparet virtus, arguiturque malis.

Exempla.

Virtute, aut arte feras superantes, aut domantes.

Pythonem Phoebus telo, gladio ense Medusam
Perseus, Bellerophon triplicem donat arte Chimaeram.

Herculi Hydra cadit, Leo, taurus, cerva, Dracoq;.
Thesea, Minotaure, times, capri, Oedipe, Sphinges.
Pythagoras ursam, cerbum, Cyparisse, domabas.
Et tu, Sertori, cervam, prior Hanno Leonem.
Serpentemq; Ajax, quocum tibi mensa, ciboq;;
Tuq; Auguste, Hystrim, ac elephantem, Pore, sequaces.

Finis.

Index:

14 Deus.

15 Divitiæ.

16 Doctrina, seu Sapientia.

17 Ebrietas.

18 Exercitatio, et usus.

19 Fama.

20 Fœmina.

21 Forma.

22 Fortuna.

23 Fortitudo.

24 Garrulitas.

25 Homo.

26 Inconstantia.

27 Ingratitudo.

28 Invidia.

29 Ira, et Furor.

30 Iustitia, et Iudex.

31 Lachrymæ.

32 Laus.

33 Lyrica.

34 Liberalitas, seu munificentia.

35 Medicus.

36 Mores.

37 Modus in omnibus.

38 Mors.

39 Obsequium.

40 Otium.

41 Patria.

42 Paupertas.

43 Pietas.

44 Poeta, seu Vates.

45 Senectus.

46 Superbia.

47 Tempus.

48 Virtus, seu Probitas.

49. Virtus, seu Magnificentia.

In Carmonensi Societatis Jesu Collegio à Pre Vincentio Morales Ildephonsus Perez ejusdem Societatis accepit.
Anno Dni 1740

RHETᵒRCæ ƆPENDm.

Politiori optime Dictionis Magistro Recens-nato Deo;

Immensum è præsepis cathedrâ Patris Sapientiæ

Unius Verbi compendio mortalibus explananti clausæ;

Ex corde appensum, ex animo sacrum.

PRELOQVVtio.

Ad Infantis Verbi cunas nostra sese, auditores optimi, Eloquentia sistat flosculo sparsura suos. Dum Regi Reges munera parant, nos Verbo Rhethores verba feremus. Itaque Bethlemiticum specum politioris Humanitatis gymnasium mecum omnes ingredimini, politioris eloquentiæ compendium demiraturi. Transeamus usque Bethlem, et videamus Verbum quod factum est. Verbum, sed quo uno Facundissimus Orator Deus universa dixit, et pronunciavit. Verbum, sed quod simul omnes Rhetoricæ partes, omnes veneres dictionis, omnia blandimenta troporum, et figurarum illecebras mirandâ prorsus, et inauditâ Synopsi complectitur. Primum ergo Divina in ipso elucet Inventio, dum reparandis hominibus modum suâ Sapientiâ dignum invenit. Concinna Dispositio emicat, dum atting-

stringens à fine usq ad finem fortiter, disponit omnia suaviter. Vehemens Eloquutio fulgurat; dum occultiora Divinæ mentis eloquutus arcana, ut medium silentium tenerent omnia, à regalibus sedibus Sermo prosilivit. Tenax expendet Memoria; dum nostri memor, ut hebeti auditorum satis provideret Memoriæ, suam omnem unico, eoq abreviato Verbo clausit dictionem. Perfecta tamen Pronunciatio nitet; dum mutuatis è Cælo linguis, ortum suum ex Regibus, et Patronibus enuntiat clarissimè. Ad hæc: ut suæ dictionis exordium Orator Verbum assumeret, in principio erat Verbum, ut affirmaret epilogum, Finis est Universorum; Metaphoram ut exerceat, è propria in alienam sedem, è Cælo in solum, Verbum transfertur; Synecdochen ut exhibeat, se pro hominibus, totum scilicet pro parte, plagis offert, et cruciantibus. Denique ne ulla Figurarum in hoc Verbo possit dignitas desiderari, ipsum attestante Apostolo figura est substantiæ Patris. Ô verè Rhetoricæ sacratioris breve compendium! ô humanissimum Bethlemiticum Lyceum in quo tandem Dei humanitas apparuit! Ingrediamur, ingrediamur, Religiosi Juvenes, et Mariam uteri aditam typis, nostriq carnis membrana, Spiritu Sancto authore, insculptam lectitemus Sapientiam Patris: ut inde ad ipsius imitationem mereamur lucem haurire Eloquentiæ

candidati.

PROEMIUM.

Rhetoricae naturam expendens.

1 Rhetoricam tradituros, non usitatam definitionem, qualis humanissimae illius conditioni videbatur convenire, sed rigidam definitionem, qualem Philosophorum exposcunt leges, de more cudo. Nefas sit Stagyrium ad imitationem ingressa non observare vestigia. Itaque Rhetoricae artis naturam Dialectica lance expendamus. Sit definitio: Ars Dicendi. Ars: quae sua et regulas, et praecepta ad opus conficiendum generis munus sortitur; per illam quippe cum aliis facultatibus, quae etiam artes sunt, et nominantur Rhetorica convenit. Dicendi differentia est; nulla enim praeter Rhetoricam dicit.

2 Hoc ut melius capias scire te ex Tullio licet, Dicere nil aliud esse, nisi ornate, aut certe pleraque aliqua specie illuminare sententiam; vel ut communius Rhetores explicant; dicere est Ornate graviter, et copiose loqui: unde non sine sale de garrulo quodam dicunt nihil dixit plura loquutus. Hic jam Rhetoricae a Grammatica, qua cum major videtur affinitas intercedere, claret discrimen; est enim ars loquendi sit Grammatica, loqui tamen dicere non est. Verum quid? nonne Philosophiae, Theologiae, aliarumque facultatum candidati ornate loquuntur? Equidem loquuntur ita; caeterum quamvis-

quamvis alterius scientiæ materies sit, Rhetoricæ semper erit ornata dictio; id quod Cicero egregie adnotes dum de quodam Demochrito Philosophicum pallium induto sequentia profert: Quamobrem, si ornate loquutus est, ut fertur, et mihi videtur, Physicus ille Demochritus, materies illa fuit Physici, de qua dixit; ornatus ipse verborum Oratoris putandus est.

3 Duplex est Rhetoricæ finis: intrinsecus, et extrinsecus; ille, quem ars intendit: eo nimirum verborum delectu, eisque sententijs illuminare dictionem, ut apta nata ad persuadendum evadat: hic; quemcumque alium sibi præfigat Orator. Ars itaque finem suum conatur assequi medio Rhetorico opere, vel artefacto. Hujus vero duæ sunt materiæ Proxima, seu ex qua: voces scilicet, et gestus, quibus orationes constant, et recitantur; et Remota, seu circa quam; videlicet res illæ omnes, quæ Rhetoricam possunt disputationem subire. Unde quasi per transennam se obvitur contemplandam offert hujus artis eximia dignitas; quippe cui secretiora cujuslibet scientiæ adyta sint reseranda. Nemo enim, ut Tullius ait, esse poterit omni laude cumulatus Orator, nisi fuerit omnium rerum magnarum, atque artium scientiam consequutus. Qui in comitijs de Regibus; in Tribunali de Legibus; in Templis de Religione, in omni disciplinarum arena de re quacumque valeat perorare.

hæc indicasse

Hæc indicasse satis.

4 Jam verò materiæ proximæ ut forma respondet decor ille, et Ornatus, quæ suis præceptis Rhetorica intendit. Materia remota, quia plerumque per interrogationem proponitur, Quæstio appellatur. Hæc duplex est: alia Infinita, quam Græci Thesim, Latini Propositum vocant; alia Finita, quam Græci Hypothesin, Latini causam, seu controversiam appellant. Infinita rem generatim, et abstractam à circunstantiis proponit; an videlicet, bellum sit gerendum? Finita autem rem examinat singularibus tum temporis, cum personarum circunstantiis associatam: an, v.g. Asiaticum, Regiumque bellum Romanis gerendum sit Cn. Pompejo Imperatore? Utraque quæstio laudabiliter in oratione admiscetur cum thesis ad Hypothesin revocatur; sic laudaturus castimoniam, in virtutis prius laudes a-rumpes, quas ubi plena commendaveris dictione, commodius descendes ad Castitatem suadendam.

5 Tandem triplex est causarum genus: Exornativum, quod etiam Demonstrativum, Encomiasticum, et Panegyricum dicitur, quo scilicet aliquid laudatur, vel deprimitur: Deliberativum, quo suademus, dissuademusve, et Judiciale quo quis accusatur, vel defenditur. Quodcumque verò genus sequatur Orator quinque ipsi necessaria sunt: quæ dicantur Invenire, inventa Disponere;

disposita

dispositu congruentioribus verbis exprimere; expressa memoriæ mandare; mandata demum fideliter pronunciare; unde totidem numerantur Rhetoricæ partes Inventio, Dispositio, Eloquutio, Memoria, Pronunciatio; pro quibus singillatim exponendis quinque Capita subjiciemus, quorum aliqua ne justo longius excurrant in paragraphos secabuntur.

CAPUT I.

De Inventione.

6 Primum Oratoris munus collimari debet, ut aliquem dictionis suæ scopum præfigat, hoc est: propositionem eligat gravem simul, et aptam, causæque circumstantiis consentientem, pro qua suadenda laboret; si enim id non præstiterit, similis erit cæco natanti, qui assiduo bracchiorum motu fatigatur plurimum, nihilque proficit, eo quod litus non videat, quo debeat tendere. Inventio porro facultas quidem et pulchra ab ingeniosa natura provenit, cujus defectum Studium supplet, quæ Inventionis est fæcunda parens.

7 Ubi vero propositionem invenerit, de inveniendis argumentis laborandum Oratori. Hinc Inventio definitur: Excogitatio argumenti: Argumentum tamen juxta Tullium: Probabile inventum ad faciendam fidem. Argumenta vel Insita, vel Remota sunt. Insita ex ipsius rei visceribus eruuntur; Remota autem extrinsecus assumuntur.

Pro Insitis

Pro Insitis inveniendis sexdecim numerantur sedes, seu loci, quibus uti in proprio domicilio argumenta latitant; pro Remotis verò sex tantùm loci sunt, seu promptuaria. Utraq; Laconico perstringamus calamo.

§ V.m Octo primæ pro Argumentis Insitis aperiuntur Sedes.

8 Omnium primam Definitio occupat, quæ idem Rhetoribus sonat ac rei accurata descriptio. Nullum Definitione validius, nullum pulchrius argumentum. Illo passim utuntur authores, vosq; passim apud ipsos offendetis: Exempli tamen causâ hanc accipite descriptionem: Quid aliud Lilium? quàm terræ ornamentum, plantarum gloria, oculus florum, pratorum gemma, agrorum sydus, quod sic terram exornat, ut Cœlum stellæ, ita floribus addit lumen, ut saphis auro, sic oculos exhilarat, ut Sol Universum. Animadvertite amabo, quam latum discrimen sit inter hanc definitionem, et illam, quam pro Rhetorica dedimus. Illa Dialecticorum praecepta stylo genere constat, et differentia: hæc verò Oratoriâ dignitate exuberans strictis adeo non continetur cancellis. Unde toties Orator argumentum à Definitione consuit, quoties rem aliquam plenâ verborum descripserit ubertate.

9 Secunda sedes est Divisio, seu rei in suas partes distributio. Trifariam ex rei divisione possumus argumentari. Primò si singulis–

singulis negatis partibus ad totum denegandum procedamus. Secundò si singulis affirmatis totum etiam affirmetur. Tertiò, si cæteris rejectis, unica pars affirmanda relinquatur. Omnium exempla præbere longum esset, et molestum: unum sufficiat lepore plenum.

" In niveis Pippi jam regnat bruma capillis,
" Inque oculis vino semper flammantibus æstas.
" Baccifer Autumnus pingit nasumque genasque
" Cumque bibit florem dulce illi ad tempora Ver est:
" Sic portans totum in vultu gerit Pippus annum.

10 Tertia Notatio, seu Ethymologia est, quæ vocum quærit originem. Tritum illud, quo Verrem Cicero pungit: Quid mirum! aurum, et argentum undique verrat, cum Verres sit! Quid mirum turpem agat, immundamque vitam in voluptatis cœno, si Verres est! Item illud Epigrammathographi:

" Unde suum quæris ducat Cerevisia nomen,
" Quod cerebrum vexat disce, Sabelle, tuum.

Huc etiam videntur Anagrammata spectare, quorum usus si sale condiantur, et purus sit, optimus est, et lepidissimus. Tacentem, et præferentem Dominum sic alloquitur Pylatus: Quid est Veritas? ex quibus puro anagrammate opportunam hanc deduxeris responsionem: Est vir, qui adest. Item ex illis Scripturæ Sacræ verbis: omnes in Adam-

Adam peccaverunt; porum hoc pro Originaria Divæ Virginis deducitur anagramma: Peccamus; una Dei Mater non. Similia invenies ingenio ferra.

11 Quarta sedes. Conjugata sunt, quæ ab eodem orta vocabulo varie inflectuntur. Erudite Jahnsius: ut fiant aurea Sæcula, aufer aurum; nam propter aurum amorem sunt ferrea Sæcula. Jahnsii etiam est pulcherrima hæc, ac iterata ejusdem vocis incisio: terminet amicus amore, more, ore, re. In eo autem à Notatione Conjugata differunt, quod ibi fiat explicatio vocis; hic derivatio interveniat, vel inflexio casuum.

12 Quinta sedes Genus est, Sexta Forma. Genus est ratio communis plures ambitu suo formas complectens. Forma, quam Dialectici nominaverit Speciem, est ratio particularis communi subjacens. Sic Scientia genus erit: Theologia forma. Quod generis proprium est, formæ etiam adaptaveris: v. g. Omnis Scientia gaudium affert, et honorem; quo ergo pacto ea non afferat Theologia. A forma item ad genus argumentatur: ut si necessariam militibus Theologiam neges, recte negabis militibus omnino scientias (non vero quamlibet) necessarias esse.

13 Septima, et Octava sedes Similia sunt, et Dissimilia. Similitudo plurium convenientia dicitur; Dissimilitudo eorundem

dissonan-

disconvenientia. A Simili argumentatur Ovidius:

" Scilicet ut fulvum spectatur in ignibus aurum;
" Tempore sic duro est inspicienda fides.

A Dissimili Catullus:

" Soles occidere, et redire possunt,
" Nobis cum semel occidit brevis lux,
" Nox est perpetua una dormienda.

§ 2. Quae restant Insitorum, Sedes.

19 Nona insitorum sedes Comparatio est, quae tripliciter instituitur: a majori ad minus, a minori ad majus, et ab aequali ad aequale. A majori ad minus: Si ego lavi pedes vestros Dominus, et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Item:

" O passi graviora! dabit Deus his quoque finem

A minori ad majus:

" Quae laedunt oculos, festinas demere. Si mens
" Ipsa fuit differs curandi tempus in annum.

Ab aequali ad aequale: Si licuit M. Antonio defendere Clodium; Cur Ciceroni non liceat Milonem deffendere. Comparatio cum Similitudine vulgo confunditur; si tamen strictius, uti par est, loqui velimus, ab ipsa differt. Discrimen est: quod in comparatione

duorum

duorum, vel plurium collatio fiat respectu tertij; in similitudine vero respectus hic non interveniat.

15 Decima sedes Contraria sunt. Contrariorum tamen quatuor sunt genera. Adversa, quæ plurimum in eodem genere distant, ut in genere qualitatis Vitium, et Virtus. Privantia, res scilicet, ejusque privatio; ut Vita, et Mors. Relata, quæ ad se invicem dicunt ordinem, ut: Magister, et Discipulus. Negantia (logicè Contradictoria) ut esse, et non esse. En pro singulis exempla: pro Adversis: Vitium fedissimum est: ergo Virtus est pulcherrima. Pro Privantibus: nihil amabile magis, quam vita: ergo nihil magis, quam mors, timendum. Pro Relatis: Cur Magistro turpe sit eas tradere disciplinas, quas Discipulis honestum est didicisse? Pro Negantibus: Quomodo, mortui cum non sint, esse miseri possunt.

16 Præcedenti affinis undecima sedes est, Repugnantia scilicet, quæ nulla lege opponuntur inter se: Clarius, ea dicuntur Repugnantia, quæ nascuntur ex contrarijs: ut nocere, benefacere, quæ odium consequuntur, et amorem. Exemplum: Quem charè amasti, cui plurima contulisti beneficia, non facilè credam, te insectari.

??? = Duodecima sedes Adjuncta sunt, quæ quamvis innumera sint, ad septem tamen revocantur omnia, vulgaris versiculo continentur:

quis–

Quis, quid, ubi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.
Nervosè hoc utuntur argumento P. Nyerembergius peccati expendens malitiam, et M. Cicero Milonis comprobaturus virtutem; Illum vos non sine stupore saepius legistis; hunc etiam cum fructu per otium legite. Interim tamen ex Christiano Ovidio Patre Sidronio exemplum accipite:

Capita.
In Christi doloribus expendenda.

" Quis patitur? Rerum Dominus di Numine Numen.
" Quid patitur? Lacero corpore mille neces.
" Pro quibus? ingrata pro turba, et gente rebelli?
" Cur? nos carnificis servet ut ipse suos.
" Quis locus? Infamis sepis, et morte nocentum.
" Quando? cum poterant facta probare Deum.
" A quibus? â notis, et avito sanguine junctis.
" Quomodo? non servans ullum in amore modum.

37. Decima tertia, et decima quarta sedes Antecedentia sunt, et Consequentia; Illa rem necessariò antecedunt, hae necessario consequuntur; et in hoc ab Adjunctis differunt, quae rem commitantur; sed non necessariò. Exemplum primi Statius offert.
" Quidquid habet ortum, finem timet; ibimus omnes, ibimus -

|| Ibimus, immensis urbem quaerere Deus umbris.

Secundi vero hoc sit exemplum: quidquid vir est, necessum est, ut fuerit aliquando puer. Ingenii deturpatus es cicatrice; plagam igitur accepisti luculentam;

18 Duae, quae restant, sedes Causae et Effecta sunt. Causa, vi cujus quid limitatum existit, quadruplex est: Efficiens, quae dat simpliciter esse, ut: Rerum omnium molitor Deus. Formalis quae res ab omni alia distinguitur, ut simulachri structura. Materialis, ut aurum, quo fit statua. Et Finalis, cujus gratia aliquid fit; ut Scientia propterquam studium; pax propterquam bellum; praemium propter quod labor suscipitur. Duplex sufficiat exemplum, aliud a causa finali ab effectis aliud. A causa ex D. Gregorio Magno: Ad magna praemia perveniri non potest, nisi per magnos labores: delectat ergo mentem magnitudo praemiorum; sed non deterreat certamen laborum. Ab effectis: Si laudem virtus, voluptas parit infamiam, prosequamur virtutem, voluptatem declinemus.

§3. De Assumptorum Sedibus.

19 Argumenta Assumpta, quae etiam Remota vocantur, Testimonii nomine exprimit Cicero. Sex tamen testimoniorum genera distinguit Quintilianus, cujus vestigia hac in parte

Rhetores-

Rhetores premunt. Sunt itaq: Præjudicia, Fama, Tabulæ, Tormenta, Jusjurandum, Testes. Argumentum fit à Præjudicijs, si Orator ostendat, jam olim decretum id ab incorruptis Judicibus. A Famâ si probet, decantatissimam apud bonos esse causam, quam tuetur veritatem. A tabulis, si Legum testimonijs firmet intentum. A tormentis, si demonstret illorum vi extortam Confessionem esse. A jusjurando, si alicujus juramento causam corroboret. A Testibus, si fidedignos pro se deposuisse testes affirmet. Hæc tamen omnia Judiciale dicendi genus, quod Religiosos minime decet, spectare videntur; quare ab illis exponendis supersedeo. Villicotamos vocant: Sit ergo

§ 9 De Amplificatione.

20 Argumenta perita tandem quæcumq sint sede amplificare jubet Oratoria dignitas: id est ex parvis ampla, ex angustis extensa, ex coactis diffusa reddere, et explicata. Duplex est amplificatio, alia rerum, verborum alia. Hæc eandem diffusis tropo-rum, ac Figurarum ambagibus explicat. Illa res novas, et Argumenta in Sedibus Rhetoricis aurifodinis quærit ad dictionem exornandam. Verborum amplificatio, cum de Eloquutione sermo fuerit, infra exponemus, ea verò quæ in augmentatione rerum consistit–

consistit, ita potest explicari: Quidam plenitudo argumenti ejusdem robur adgeminans.

210 Hinc si argumentum à Definitione amplificare deside-
ras, varias ejusdem rei congloba definitiones; si à Contrarijs, et Re-
pugnantibus, Contrariorum, et Repugnantium iteratum conflictum expende;
si ab Effectis, numerosa Effectorum repraesentetur congeries. Vos ta-
men hoc unum praemonitos velim, alios Oratorios locos exiles esse, ac
steriles, ceu Notatios et Conjugata; alios vero feracissimos ut Defi-
nitio, Contraria, et Effecta: item quamvis locus ferax sit, non qu-
antilibet ad quodlibet suadendum argumentum praebere. Nec enim
ex quolibet ligno Mercurius. Nec sit de Terrae ubertate occinebat
Sulmonensis:)

„Nec tellus eadem parit omnia; vitibus illa
„Convenit, haec oleis; hic bene farra virent.

211 Jam vero exempla accipite, principioque iteratam hominis
definitionem. Convocati ex Athenaeo praeceptores Scientijs, singulisque
definire hominem, sic dicuntur respondisse. Dialectica: Homo est
breve Enthymema, pro antecedente habet ortum, pro consequente
interitum. Astrologia: Homo est quasi Luna mutabilis, quia nun-
quam in eodem statu permanet; sed semper ad corruptionem tendit. Ph-
ysica. Homo est animal rationale mortale. Mathematica. Ho-
mo-

Homo est veluti figura Sphærica, in idem, à quo incipit, punctum terminatur; sumens enim de terra initium, in terram tandem redigitur. Rhetorica: Homo est Oratio, cujus Exordium est nasci, Narratio dolere, Epilogus mori. Orationis, hujus figuræ gemitus, et fletus sunt, vel gaudium, flere deterius. Hucusque scientiæ.

213 Secunda amplificatio fit à Contrarijs, à quibus simplex ista propositio: Calligula factus Imperator bonam, in malam vitam mutavit, sic augetur, et accrescit: O turpe monstrum! sub purpurâ latens prodigium! quem virtus ex Servo facit Imperatorem; vitium ex Imperatore in Servum transmutavit. Transijt pietas in gravitatem, in odium patientia, generositas in ignaviam, humilitas in superbiam, comitas in barbariem, in Dionem contemptum Religio. Gaudebat haberi Dominus, et vitijs inserviebat, gaudebat salutari Deus, et sacra profanabat. Pulcher miles, turpis dux; bonus Servus, malus Dominus; ante sceptro regnum dignus, jugum meritus in regno.

219 Tertia demum fit ab Effectis, quam Cicero uti suam elegantissimam offert: audiatur: Dolitis tres exercitus Pop. Romani interfectos? Interfecit Antonius. Desideratis clarissimos cives quoque vobis eripuit Antonius. Authoritas nostri Ordinis afflicta est? Afflixit Antonius. Omnia enim, quæ postea vidimus

mala-

mala (quid autem mali non vidimus?) si recte ratiocinamur universa cepta referemus Antonio. Vide sis Patrem Caussinum lib. 5 Cap. 121, ubi pulchra sane congerit amplificationum exempla.

§ 5 De Triplici dicendi genere, et quid pro quolibet inveniundum sit.

25 Demonstrativum dicendi genus, quod à meliore sui parte Panegyricum appellatur, puerili Eloquentiae accommodat Cicero, quasi nutricem Oratoris nondum adulti, et perfecti, cujus educata nutrimentis Eloquentia roboratur, et virescit in aliis dicendi generibus. Panegyricum à voce Graeca Panegyris oritur, quae publicum congressum significat, in quo olim Diis, et Heroibus defferebantur honores. Porrò universam hujus generis materiam ad haec quatuor reduxit Philosophus: Deus, Homo, Animalia irracionalia, inanimata. Ex his sapientissimus laudationis fontes aperiam, si non vobis exhauriendos penitus, saltem (quod ajunt) labris gustandos.

26 Deus itaque Opt. Max. laudandus est à praestantissimâ natura ab attributis, et operibus. Ad Deum spectat virtus, sine qua nihil est vere laudabile; ipsa tamen ab ejus necessitate, et pulchritudine, à Sapientium effatis, ab emblematibus, et ab exemplis laudatur. Nisi malueris humano sermone animare virtutem, eamque

eas adjunctis coletiate, quæ personis tribuuntur: v. g. si ostenderis, genere quidem nobilissimam esse, Patrem habere Deum, Patriam Cælum, cognatos Cælicolas. Sic clementiam extollit Claudianus:

" Principio magni custos Clementia mundi,
" Quæ Jovis incoluit zonam, quæ maxima nati
" Cælicolum &c. —

Homo ut laudetur, illius bona pro triplici statu attendenda sunt: ante vitam, in vita, et post vitam. Bona ante vitam laudanda sunt:

Omina natalis præeuntia, vota paterna,
Natio, Cognati, Majorum gloria, honores,
Et generis, Patriæque nitor, fulgorque Parentum.

Bona in vita laudanda tripartita sunt: Fortunæ scilicet, Corporis, Animi. Bona Fortunæ hæc numerantur:

Natio, Gens, Patria, et Patres, Natale, Magistri,
Copia, Divitiæ, Munus, Amicus, Honos.

Bona Corporis hæc:

Forma, Salus, Vires, Pes, Sensus, Lingua, Manusque,
Vox nitida, atque gravis, dulcis in ore Lepos.

Bona Animi hæc:

Spes, Pudor, et Studium acre, memor cujusque Facultas,
Virtutes —

Virtutes, morum candor, et ingenium.

Post vitam laudationi deserviunt bona sequentia:

Posthuma fama viri, laudes, monumenta, sepulchrum,

Funus, et exequiae, communia signa doloris,

Et quae virtutes, vulgi celebrantur ab ore.

In animalibus commendentur: Nobilitas in Leone, in Bove Necessitas, in Equo Utilitas, Simplicitas in Columbis, Sapientia in Apibus, Providentia in Formicis. Inanimata laudantur ab splendore, ut Sol, ab ubertate ut Terra, a novitate, et insolentia, ut septem mundi miracula. Scientiae, et artes a triplici capite commendandae sunt. Primum: ab ipsarum nobilitate: et haec desumitur tum ab Antiquitate, tum a praestantia materiae, in qua versatur, tum ab Authoribus, et eorum literariis monimentis. Secundo ab utilitate, et necessitate Scientiae, enumerando videlicet bona, quae induxerit; malaque quae ipsa fugaverit. Tertio a facilitate, vel difficultate ipsius. Si facilis, inde extollenda, quod facillima ars utilissima sit negotio comparabilis: Si difficilis, quod clarissimis tantum ingeniis maneat subjecta. Demum Urbes laudantur, quia

Antiquae, caeloque bonae, populoque frequentes,

Religione piae, nobilitate graves.

Artibus insignes, claris virtute minaces,

Cespite felices, amnibus irrigui.

Moenibus obsessi, structi munimine longo,

Denique quas decorant, templa, lycea, Lares.

Hac de re plurima dabit Pater Scribanus in suâ Antuerpiâ.

29 Jam vero pro Deliberativo dicendi genere ut aliquid Orator suadeat, animadvertat in primis, an honestum, possibile, atque utile sit? Etenim si impossibile frustra, si inhonestum turpiter, si inutile frigidè, atque enervosè dissuadebit. Deinde quinam, et quales sint auditores exploret: si nobiles fuerint, et generosi à causae honestate; si ignobiles, et plebeji ab utilitate, et praemijs argumenta desumet. Tandem caveat Orator, ne vitâ dissuadeat, et moribus, quod verbis suadere intendit; Illius parvemij memor: longum iter per praecepta, breve, et efficax per exempla. Judicialis generis missa facimus praecepta; quia genus hoc, vobis religiosis insolens, imo et hac tempestate Rhetorum nulli usitatum est. Interea tamen, quae inventa sunt, rectâ methodo disponamus.

CAPUT 2.m

De Dispositione.

30 Sicut in Musica non solum commendatur, singu-

lariumque

larum vocum suavitas; sed et omnium inter se apta proportio, ac numerosus concentus, ita in oratione non modo singulæ res inventæ, sed omnium etiam nexus, et copula Rhetoricam, necessum est, ut præferant dispositam, et Oratoriam constituant harmoniam. Hæc potissimum à Dispositione pendet, quæ pro inde definitur: inventarum rerum in ordinem Distributio. Partes tamen Orationis, per quas inventa debent distribui numerantur quatuor: Exordium, Narratio, Confirmatio, Epilogus. Brevi percurremus singulas.

§. 1. Omnia pro qualibet Oratione præcepta.

31 Porro Exordium est: Pars orationis comparans auditorum animos ad reliquam dictionem. Hoc assequetur Orator si auditores Benevolos, Dociles, et Attentos reddat. Benevolentia captatur iis urbanitatis officiis, quæ nos bene erga auditores animatos probant. Docilitas brevi, et dilucidâ totius causæ expositione. Attentio si nova quædam, magna, et utilia promittant. Cave tamen diligenter, ne Exordium vulgare sit, vel longum, vel separatum. Vulgare erit, si cuilibet causæ sit adaptabile: uti est illud, quod à propriâ Oratoris inscitiâ, ab objecti magnitudine, ab efficacitate obedientiæ adeo frequenter à vulgaribus desumitur Oratoribus, ut juxta tritam paræmiam: Recocta crambe

crambe nauseam moveant, et fastidium.

32 Longum erit, si inutilibus errans ambagibus à prudentia praefigendam mentem transiliat. Separatum, si ex causae visceribus non eruatur, nec cum caeteris dictionis membris cohaereat. Monstruosa quidem Oratio, nec minus Rhetoribus irridenda quam

Si Capiti humano cervix jungatur equina:

His vitiis oppositae sunt Exordii virtutes, quas ut assequaris facilius, Ciceronem imitare, qui Exordium reliquâ dictione posterius formabat: Quod primum est dicendum, ajebat ille, postremo soleo cogitare: quo utar Exordio. Sanum consilium, ut nec longum, nec vulgare, ex ipsa causa eruatur.

33 Narratio, cum eâ opus est, quia de causae statu auditoribus non constat Exordium excipit; estque: Rerum ad causam pertinentium explicatio. Brevis debet esse, perspicua, et probabilis. Brevis erit, si semel res unaquaeque dicatur, plane omissis quae ad rem non pertinent. Erit perspicua, si fiat usitatis verbis, servato absque interruptione ordine temporum. Erit probabilis, si fidem non excedentia dicantur. Narrationem propositio claudit, quae totius sit controversiae cardo. Pro hac tuenda, suadendaque Confirmatio laborat, quae pro inde definitur: Pars orationis, quâ nostra firmantur, et infirmantur adversa. Eo tamen ordine

sua

Sua debet Orator argumenta promere, ut validiora primum, et ultimum occupent locum, debiliorobus in mediam turbam conjectis. Caveat autem ne omnia simili forma disponat; tedium enim repetitio gignit, varietas delectationem: unde dissimilia argumentationum genera Rhetorica tradit novitatis studiosa.

39 Primum est Ratiocinatio, Logicis Syllogismus, argumentatio trimembris Propositione constans Assumptione, et Complexione: vel si mavis cum Logicis loqui Majori, Minori, et Consequenti: v.g. Quævis Scientia veritatem inquirit; Theologia Scientia est: ergo inquirit veritatem. Secundum Enthymema, seu argumentatio bimembris; ut si dicas: Omnis Scientia veritatem inquirit; ergo et Theologia. Tertium Inductio, seu Congeries exemplorum: Hector laboribus evasit illustris; Æneas laboribus conspicuus est; ob labores etiam Ulyssem novimus: Labores igitur ad gloriam iter sternunt. Quartum est Epicharemma, quod omnes Syllogismi nervos simplici propositione coangustat: qualis illud apud Malachiam: Si Pater ego sum: ubi est honor meus? Quintum Sorites est, seu argumentatio acervalis, quæ continua illationum progressu primum cum ultimo nectit: v.g. Mundus Christo subjacet; Christus Mariæ, Maria Josepho; ergo mundus Josepho paret. Simile est, quod Atheniarum Dux Themistocles de nimio suo erga suam Uxorem, et uxoris erga filium lamentabatur per hæc: Meam uxorem

rem, uxor me, ego Athenas, sic Athenas regit puer <u>meus</u>. Sextum demum Dilemma, seu argumentatio bicornis, ita dicta, quod adversario utrinque feriat. Exemplum dat Pater Aquino in Caesare, quem post mortem Pompejus dicitur illachrymantem vidisse. Audiatur:

Seu verax, seu ficta cadat tibi lachryma, Caesar,
Extinctum fletus laudat utrumque Ducem:
Lachryma namque novos verax testatur amores;
Testatur veteres Lachryma ficta metus.

35 His tamen argumentationibus aliter Rhetores, aliter utuntur Dialectici. Hi enim verborum parci, minutissimis conclusionibus hostem circumveniunt, aculeatisque rationibus pungunt, feriunt, et cruentant. Rhetores vero verborum, ac ornatus prodigi, non angustis (ut ajunt) semitis, sed late patentibus campis feruntur: et quam Dialectici omni adscititio cultu veritatem denudant, digno ipsi amictu vestiunt, pulchrioribusque phaleris expoliunt. Discrimen hoc facete pro ingenio suo expressit Owenus avaros, et prodigos carpens:

Rhetoricae studiosus ego sum, prodigus inquit,
Parcus ait: Logicae sum studiosus ego.
Semper clausa manus Logicam designat avari:
Prodiga Rhetoricam semper aperta manus.

postrema-

36 Postrema orationis pars Epilogus est, seu Peroratio: Ornata, scilicet, caussæ absolutio, Enumerationem frequentius claudit, et Motionem. Enumeratio argumenta fusius per orationem dispersa uno quasi aspectu ponit ob oculos, eaque velut in angustissimâ tabulâ brevius describit. Motio in affectibus permovendis consistit, quod quidem assequetur Orator, si quos ab auditoribus extorquere desiderat, ipsi sibi prius motus induxerit, juxta illud: Ardeat Orator, si judicem velit accendere. Hic ergo plenis effundantur alveis eloquentiæ flumina, graviora spargantur acumina, vehementiores inducantur figuræ, seseque Orator disertissimum ostentet; ex hac siquidem Dictionis parte, quippe quæ audientium animis tenacius hæret, Oratoris solet præstantia censeri.

§.2. Speciales pro exponendâ Panegyri leges.

37 Hucusque communia dedimus, specialia nunc pro Panegyris artificio præcepta accipite. Principio: Exordium Panegyris omni inoculandum flore, et nitidiori eruditionis purpura vestiendum est. Si aliquam virtutem, vel facinus, ut fit communiter, tibi laudandum elegeris, Propositio post brevem enarrationem claudat exordium, ut statim innotescat omnibus, quam Provinciam aggrediaris. Quia tamen propositio Benevolentiæ illicium est, et homines communius nauseant

singuli-

Simplicitatis Sermonis, non mediocriter desudant Oratorum plerique ut auream propositionem inveniant, talem scilicet, quæ, ut admonet Quintilianus, nova communiter, noviterque communia dicantur.

38 Acumen itaque concors discordia est, hoc est: tunc acutè loquimur, cum subjectum, et prædicatum orationis in rei veritate conveniunt, quoad speciem verò acriter inter se pugnant. Ut si de Venerab. Eucharistiæ Sacramento dicas, contentum esse continenti majus: immensitatem facillimè mensurabilem: aut infinitum intrinsecis specierum terminis clausum. Vel si asseras, media Eucharistia, Deum nobis aliquid ultra omnia donasse; cum enim omnia jam nobis donasset in Filio, maximum hoc supra omnia donata adjecit sui amoris monimentum: id, quod olim de Macedonum Rege Alexandro dicebatur: inventus est, qui aliquid ultra omnia desideraret. Item si ut Marianam puritatem extollas, ipsam in primo suæ conceptionis instanti lethali dicas perculneratam ictu; ictu scilicet Divini Amoris, cujus jaculis transfixa suam ipsa infirmitatem exponit: Fulcite me floribus, quia amore langueo. Alii verrunt: Sepelite me, quia occisa sum charitate. Demum acutè hoc sensu loqueris, si Sanctissimum Parentem nostrum similem sine simili: Sanctum Franciscum Asimatem Pauperem ditissimum: Sanctum Stanislaum Plaginium victorem; vel

Sanctum

Sanctum Didacum Complutensem Ediorum Saguntissimum praedicaverit.

39 Hae, et similes propositiones argutae non possunt; siquidem non omnibus datum sit adire Corynthum: non semel accidit, ut qui eas, quas justo longius amant, in affectatas, leves, et scurriles declinent, quibus auditis merito exclamare possis: Parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Hac propter optimum judico nostri Michaelis Bardau consilium, ut scilicet Tyrones, qui dicere incipiunt simplices, et apertas eligant propositiones: sic enim facilius proficient, et quisque pro ingenio suo paulatim assurget.

40 Rogaste hic fortiter aliquis; num fabulosa propositio conciones sacras dedeceat? Dedecere, et quidem maxime non nemo judicat austerioris supercilii. Ego vero cum grano salis, ac raro utendas permitto, non sine exemplo. Et sane ea utitur propositione Pater Theophilus Rainaudus, dum Sanctum Franciscum Paulanum Hormasden Religiosum nominat: exotica vox ignem significat, quem pro Deo venerabantur Chaldaei. Ea utitur Pater Cornelius dum B. Virginem Pandoram, et Divum Paulum Sacrum denominat Orpheum. Ea demum (cetera pene innumera ne omittantur) utitur Clemens Alexandrinus, dum cujusdam Eunomii fabellam mirifice adaptat Christo Domino Citaredo. Sed, ut monui parca manu utendum fabulis.

Iam-

41 Jam pro diverso narrationis usu diversam distingue Panegirii methodum. Si vitam alicujus susceperis prædicandam, uti fit in concione funerali, narrationem factorum Exordio adjungito, usque dum in ultima vitæ periodo cum Heroe simul conquiescat orator. Si certam virtutem, vel factum elegeris, factum enarra, virtutis naturam discute, utrumque breviter. Confirmatio lenocinia troporum exigit, ac illecebras figurarum, quibus explorata facinorum veritas propriâ illustretur dignitate. In Epilogo, post brevissimam dictorum enumerationem, utendum est non vehementibus, ut alibi est, sed tenerioribus, suavioribusque animi motibus. Alij ad decoram adstantes æmulationem impellunt. Alij perpetuum amorem in Heroem, quem laudarant, pollicentur. Alij de meritorum præmijs ei gratulantur. Alij denum virtutes inter sese de triumpho certantes inducant; quod venuste Pacatus præstitit in Theodosij Panegyrico. Eligite quod opportunius videbitur.

§3 Specialiora pro Speciali Panegyri præcepta.

42 Ita placuit Prælectionem nominare. Species quidem Panegyris in Rhetorica, quod ipse sciam, enarra primum, solemnique exercitatione adulta. Promiscui vero novitatem sermonis, dictionisque ex diversis velut lacinijs conflatam exteri carpunt. Certe:

Esse quid hoc dicam? vivis quod fama negatur,

Et sua quod rarus tempora lector amet?

Hi sunt invidiae nimirum, Regule, mores:

Praeferat antiquos semper ut illa novis.

Mihi tamen ut parvum ejus collaudem ingens momentum erit Pater Pineda, qui novellum inventum Sacrae adhibuit praelectioni coram Illustrissimo Archiepiscopo Hispalensi recitatae, postea eximia cum laude prelo commissae. Ex ipso itaque pro ordinanda Praelectione pauca decerpam.

93 Operis titulus praeit, qui nec gratus erit, nisi ex materia Praelectionis sua sponte nascatur, nec ita nascetur facile, nisi fiat oratione jam conflata, uti de exordio notavimus. Dativis, vel Ablativis casibus constat, estque quasi operis dedicatio. Cavendum tamen ne Dativorum, vel Ablativorum congeries similes clausulas omnes terminet, et frontem Praelectionis divenustet. Titulum sententia exponenda claudit, quam (si Praelectio fuerit humanitatis) ex quolibet Poetarum, vel Oratorum poteris arripere. Quis enim ad unam Poesim, et hanc Latinam contraxerit? Post sententiam Exordium incipit, et post Exordium denuo iterum sententia praefigitur cum Poetica Paraphrasi. Paraphrasis, quoad praesens attinet, nihil aliud est, quam alicujus sententiae liberior interpretatio, cum quaedam mutantes, ac etiam addentes, copiosius, ac dilucidius explicamus, quod ab aliis dictum est.

Paraphra-

Paraphrasim germana, et literalis textus Expositio sequitur soluta pedibus.

94 Explicatio hæc basis est sensus accommodi, affinisque naturæ Oratoriæ narrationis: unde illam nonnullis probationum seminibus conspergere oportet: ita tamen (quod Flavius Quintilianus monuit in simili) ut narrationem esse memineris, non probationem. Literalis exornativa expositio terminat, in qua unâ eruditionis nervos intendimus; et quidquid sententiâ tersum, quidquid acumine plenum, quidquid majestate grave recto huic locamus ordine. Ne tamen tenui ubertate seductus in scopulum impingas, neque Prælectio rudis, indigestaque moles eruditionis evadat, his canonibus obtempera.

95 Primus: ne nimiam eruditionem affectes, hinc inde authorum centonibus trahens, potius quam ducens. Secundus: ne plures textus idem prorsus suadentes congeras, sed ex pluribus potiores elige. Tertius: ne ignota, exoticaque authorum nomina jactabundus intrudas. Quartus, qui omnium est summa: ne divitem potius, quam pulchram efformes Lectionem: ex Clementis Alexandrini Historiola, quid ipse velim intellige: pictorum princeps Apelles, cum quemdam ex suis discipulis cognovisset, Helenam rudi penicillo ellaboratam plurimo auro exornasse, O Adolescens, inquit, cum non posses pingere pulchram, fecisti divitem. Nucleum expende.

Jam vero,

86 Jam vero pro Latini, et Hispani sermonis vicissitudine observandum est, titulum, Exordium, Paraphrasim, et Perorationem (cujus postrema pars metrica erit) Latine efferri. Expositionem vero, exornativam prosequi, utroque vicissim permutare sermonem. Ita tamen, ut primum, et ultimum locum Hispanus, Latinus occupet medium. Notandum insuper est, aptius Hispanum, quam Latinum usurpari, cum sermo occurrit cum testibus intercidendus: sermo quippe Latinus crebro recisus languet; Hispanus contra viget. Demum legentis sonus nunc depressus, nunc erectus esse debet. Exordium, et Perorationem memoriter, et erecte dicimus, reliqua vero omnia legimus seda depressi. Hæc ab aliis omissa prorsus vos scripsisse non penitebit. Fortisan hæc olim meminisse juvabit, cum pro solemni studiorum instauratione Prælectio vobis occurret elaboranda.

CAPUT. 3m

De Eloquutione.

87 Tertia Rhetorices pars omnium princeps, Dominatrix, ac Regina, à qua eloquens Orator dicitur, et Eloquentia flexanima, est Eloquutio, sine qua, ut monet Quintilianus, supervacue erunt reliquæ partes, similesque gladio intra vaginam hærenti. Est igitur Eloquutio: Inventarum rerum idonea manifestatio. Tri-

plex-

Triplex membrum comprehendit, Elegantiam, Compositionem, et Dignitatem. Elegantia in verborum, et phrasium delectu consistit, quibus omnia pure, ac dilucide dicantur. Evolvendi praeterea sunt Latinitatis primores, ipsorumque frases superstitiose quodammodo notandae nobis, et retinendae. Ciceronis praesertim, ex quo uno lata lege Societas praecipit Stylum depromere. Curat igitur Elegantia Latina verba, et usitata; odit autem, penitusque ablegat, quae in his versibus continentur:

Sordida, prisca, nova, antiquata, poetica, dura,

Tersia, rara nimis, et peregrina cave.

Diffusam horum explicationem legesis apud Erasmum, de rerum, et verborum copiâ cap. W.

88. Compositio, seu cujuslibet orationis structura verba eligit consonantiora, grandioraque: hinc superlativis, verbalibus, et compositis delectatur, dicitque potius Profligatissimus, quam malus, Dominatrix, quam Domina, Perhorrescere, quam horrescere, modo id res explicanda patiatur. Curat insuper Compositio electa verba tali nexu copulare, ut nihil sit in oratione praeposterum, nihil vastum, nihil asperum. Praeposterum enim si oratio decrescat, cum debeat assurgere: v.g: Thebas Alexander debellavit, et obsidione cinxit; Secunda enim pars minus explicat, quam prima. Erit vastum, non si plura orationum verba constituant, apposita quidem, et eleganta; sed si aliquod quamvis unicum uni superfluum redundet-

redundet, nam ut acute pro genio suo notat Martialis:

Non sunt longa, quibus nil est, quod demere possis;

Sed tu, Cosconi, disthyca longa facis.

89 Asperum tamen multipliciter fieri potest. Primo, si frequens occurrat vocalium concursus, hiulcamque formet dictionem, ut: Ego ago officia amici. Secundo, si cumulentur monosyllaba, hiulcamque formet dictionem: ut hoc est jus est lex, quia hac in re Rex non est dux. Tertio, si Cacophonia comitatur, idest, si ab eadem syllaba plures dictiones incipiant, vel quae est in praecedenti ultima, prima eadem sit in sequentibus Dorica castra, casus Casandra canebat. Quarto demum, si ejusdem litterae fiat repetitio frequens, maxime si ex asperioribus sit: ut Rex Xerxes pontum pedibus pertransivit. Iteratio haec quandoque Poetis laudatur

Flos, fueram factus; florem fortuna fefellit,

Florentem florem florida Flora flear.

Sicut et hiulca oratio, ut videre est in Dysthico septemdecim ellisionibus constanti:

Tu ille ipse es, quem ego amo intimo amore, itemque et me adama oro.

Ad te ego anhelo: inde haec sunt metra hiulca adeo.

Demum Compositio fugit inconcinnam verborum transpositionem, ambiguam periodum, nimis prolixam, et quidquid auribus injucundum fuerit: quarum rem hanc relinquimus definiendam, sicut et oratorium pedum multi-

multiplicem varietatem, ne plusquam Dedaleis praeceptorum ambagibus implicemur. Restat adhuc, tertium, idque praecipuum Eloquentiae membrum, Dignitas scilicet, quae cum ex omnibus Tropis, et figuris coalescat, quos jam subjicio §§ explicabitur:

§ I

Verborum Tropi exponuntur.

§ o Tropus latine sonat Inversio; estque sermonis vel verbi translatio a propria in aliam significationem. Pro eorum numero assignando Rhetores acriter dissident; sed in re floci habenda non est, cur oleum perdamus, et operam. Duodecim communiter numerantur, quorum si aliquos improprie dici tropos contenderis, herbam cedo non ibo inficias: memor tamen effati illius: Eriam si cum paucis sentias, cum pluribus tibi loquendum est: duodecim enumerabo. Septem primi cum uno claudantur verbo, verborum Tropi dicuntur, quinque reliqui cum plura complectantur verba, et in oratione consistant, Tropi Sententiarum appellantur. Tropos sicut, et figuras, quo vos facilius discendorum memoria teneatis, ex Farnabio proponam ligatis pedibus, brevemque ubicumque fuerit opus adjiciam explicatiunculam. Exordiamur.

Dat proprie similem translata Methaphora vocem.

§ I Methaphora igitur Troporum princeps supponit similitudinem, in eo tamen ab illa differt, quod haec quas comparat exprimat res-

tis; Metaphora autem unam pro alia substituat. Ecce discrimen: si de maledico homine dicas: stridet ut canis, uteris similitudine; si comparatione recisa dicas: canis stridet, loquutus es metaphorice. Fit tripliciter Metaphora: primo: cum res animata pro alia inanimata ponitur: ut Leo pro viro forti, vel Vulpes pro fraudulento. Secundo: cum utrumque extremum inanime est, ut: auri sacra fames. Tertio: cum res animata pro inanimata usurpatur vel è contra, ut: duo fulmina belli Scipiades. Pontem indignatus Araxis.

Confundit totum cum parte **Synecdoche** verbis.

Sic sumitur puppis pro navi, pro fluctu pontus, limen pro domo, magna, minorque fera pro ipsis Celestibus, Annibal pro toto exercitu, mundus pro sola terra, Hispanus pro Hispanis, nos pro ego.

Atque **Methonymia** imponit nova nomina rebus.

§21 Tribus fit modis. Primo: cum pro causa effectus, vel causa pro effectu ponitur, pro re inventa ejus inventor, vel author pro suis operibus: v.g. Pallor pro morte, pro luce Sol, Vulcanus pro igne, amor pro Venere, pro Iliade Homerus, Calepinus pro dictionario. Secundo: cum continens pro contento, aut è contra ponitur, ut: Vina coronant, id est, vasa. Proximus ardet Ucalegon, id est, Ucalegontis domus. Tertio: cum signum pro re significata usurpatur: ut cedant arma togae, concedat laurea linguae: hoc est: bellum paci cedat, Imperator Oratori.

Antono-

Antonomasia imponit cognomen, ut Irus.

Hic tropus latine dicitur Pronominatio, fitque bifariam. Primo: cum proprium alicujus nomen pro appellativo usurpatur, ut Irus pro paupere, Croesus pro divite. Secundo, et elegantius: cum generica, sive appellativa sit, seu Patronimica frequenter adeo per excellentiam accommodatur alicui, ut vices gerat nominis proprii: Sic Virgo pro Deipara dicitur, Urbs pro Roma, Mantuanus pro Virgilio, Anchisiades pro Aenea.

At sonitu voces Onomathopeja fingit.

93- Graecis usitatior, quam Latinis Oratoribus Tropus iste nomina fingit, quae dum efferuntur, sonum edunt rei, quam significant per similem, ut Mugitus, Bombarda, Clangor. At tubarum sonitu Ennius: Classicus horribili sonitu taratantarata dixit. Huc etiam eae voces referendae veniunt, quae, non sonum; sed mores explicant, ut vulgarissimum dicterium illud: aut Erasmus Luterizat, aut Luterus Erasmizat.

Durior improprie est Cathacresis abusio vocis.

Cathacresis igitur, seu duriuscula Methafora rebus proprio carentibus, alienum nomen accommodat; sic Regis, aut Sororis interfector Parricida nominatur; et apud Virgilium equi Trojani structura, aedificatio appellatur:-

transeun-

Transcendit mediis gradibus Metalepsis ad altum.

Metonymiae species, Poeti quidem familiaris, Oratoribus exosa est Metalepsis, quae gradatim ascendendo unum per aliud, hocque item per aliud significat. Ingeniose de more Ovidius: Dum hiemes in ponto ter frigore constitit Ister. Ister concretus pro gelu ponitur, gelu pro hieme, hyems demum pro toto anno.

§ 2.

Tropi Sententiarum.

Continuare tropos Allegoria adsolet; absque
Et Cerere, et Baccho Venus alget. Claudite rivos.

§§ 9. Metaphoras prae tropis reliquis continuat Allegoria. Laudatissima est Horatiana illa: O navis, referent in mare te novi fluctus. etc. Ubi navis pro Republica mare pro pernicie, pro bello civili fluctus, portus pro pace usurpatur. Non absimilis, imo et longe concinnior est, qua mare, et navigatione pericula urbis pater Sydonius cursum humanum vitae adumbravit. Obscurior Allegoria, seu nodosa, et involuta loquutio Enigma dicitur, ut:

Est unus Genitor, cujus sunt pignora bis sex,
His quoque triginta nati, sed dispare formâ:
Hi specie hinc nivea; nigris sunt vultibus inde:
Sunt immortales omnes; moriuntur, et omnes.

Annus est Genitor, pignora menses, nati dies, qui hinc luce nivei, nocte illinc

illinc apparent astra, moriuntur; sed cum perpetua temporum resurgant vicissitudine, immortales habenda sunt, et nominanda. Brevius altioreque pulchrius Enygma:

"Dic mihi, quae in Caelis exstat vox integra, cujus
"In terris tantum pars syllaba prima patet.

Si mystherium enucleato velitis carmine exponere, hanc mecum pariter vocem inscribite: Hel-Licias.

Rem circumloquitur per plura Periphrasis unam.

Ut si pro Hercule, et Cicerone dicatur: Invictus laborum domitor, Facundissimus Romanae Eloquentiae Princeps.

Est vocum inter se turbans Hyperbathon ordo.

Fiet dupliciter: primo, si simplex verborum ordo decoris gratia immutetur, ut: in duas divisam esse partes. Secundo, si vox composita alia interjecta dividatur, ut: Septem subjecta trioni.

Extenuans, augensve excedit Hyperbole verum.

Audi nescio quem Universi totius moerorem in Caroli VI obitu Hyperbolice exagerantem:

"Ad tumulum det Terra basim, dec culmen Olympus,
"Sol et Luna faces, Oceanus lachrymas.

Audi et alium, qui amplissimam Hispaniarum Regis ditionem ingeniosa hac exageratione depredicat:

Ut sit-

Ut sit in orbe locus, metas quo figere possis

Terra suos fines auget, et unda suos.

Contra quem sentit solet **Ironia** jocari.

Antiphrasis voces tibi per contraria fingit.

Ironia, Latinè Illusio, aliud verbis, aliud sensu denotat, idque vel pronunciatione, vel ipsa rei naturâ dignosciter, ut illud Ciceronis in Verrem: Verres Prætor Urbanus, homo sanctus, ac diligens. Ironiæ species Antiphrasis est: sic Parcæ, quæ nemini parcant, à parcendo dictæ sunt: lucusque à luce, quâ caret, nomen accepit. Divam Barbaram non ignobilis è Musarum castris alumnus, ita loquentem inducit:

Ut Parcæ parcunt, ut luci lumina lucent,

Ut bellum est bellum, sic ego Barbara sum.

§ 3.

Verborum Figuræ.

25 Quod Græcè Schemma, Latinè Figura dicitur, elegans scilicet, loquendi modus, vulgari sublimior. Differt à Tropo, quod hic verbis translatis, non propriis fiat, figura autem et cum propriis, et translatis possit consistere. Aliæ verborum dicuntur, quia mutatis verbis omnino pereunt: sententiarum aliæ, quia permanent, etiamsi verba mutentur. Verborum figuræ de quibus nunc tripliciter fiunt per additionem, per detractionem, per similitudinem. Per Additionem fit primò Repetitio-

titio, seu geminatio ejusdem verbi, quae in plures adhuc species scinditur. Si enim initio orationis idem verbum geminetur Epizeuxis nominatur, ut: Excitare, excitare eum, si potest, ab inferis. Si ab eodem verbo saepius decurrat oratio dicitur Anaphora. Epistrophe vero si in eodem terminetur. Si autem utraque simul figura coeat, multiplexque oratio eadem voce incipiat, et eadem terminetur, Symploce appelatur, seu Complexio. En ternam uno in exemplo figuram: Qui sunt qui foedera saepe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt qui crudele bellum in Italiam intulerunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginenses. Videte ergo quid conveniat eos impetrari.

46 Repetitionis etiam species sunt Anadyplosis, Epanalepsis, Epanodos. Anadiplosis ~~Epanalepsis~~ fit cum verbum idem, vel sententia geminatur in fine praecedentis, et initio subsequentis orationis. v. g.

Esse, fuisse, fore tria florida sunt sine flore;
Nam simul omne perit quod fuit, est, et erit.
Quod fuit, est, et erit perit articulo brevis horae;
Ergo quid prodest esse, fuisse, fore?

Epanalepsis fit, cum ~~membrum~~ verbum à quo orationis membrum incipit, sequens absolvit: ut illud Martialis:

Rumpitur invidia quidam, charissime Juli;
Quod me Roma legit: rumpitur invidia:

Rumpi-

Rumpitur invidia, quod amamur, quodq; probamur:

Rumpatur quisquis Rumpitur invidiâ.

Epanodos tamen fit cum verbum cum in principio et medio, vel medio, et fine dictionis modo tamen dissimili geminatur: v.g. Fugientes refugit, fugientes gloria quærit. Item: Non ut edam vivam; sed ut vivam edo.

96 – Secundò fit per additionem Polypthoton, cum diversis ejusdem nominis casibus variatur oratio, ut patet in pulcherrimâ hac Vanitatis inflexione:

Cum Vanitas sit Vanitatis filia,

Et Vanitati Vanitatem procreet:

O Vanitas! Quid vanitate vanius.

Tertiò Clymax. verbi præcedentis repetitio, ut ad aliud fiat progressio: v.g. Thaes videt hanc, visamq; cupit, sequiturq; cupitam. Quartò Synonimia cum verba idem prorsus significantia accumulantur ut abiit, excessit, erupit, evasit, Quintò demum per additionem fit Polysindethon, seu conjunctionum acervatio: v.g. Limmaq; Laurusq; Dei, totumq; moveri.

97 Per detractionem tres fiunt figuræ, Prima Asyndethon, seu Dissolutio, cum plura, omni dempta conjunctione accumulantur: ut illud Cæsaris: Veni, vidi, vici. Secundò Zeuma, seu adjunctio, cum plura membra ad unicam verbum referenda veniunt: v.g. –

cedat –

Cedat forum castris, otium militiæ, Stylus gladio. Tertia Ellypsis, cujus verbum, quod facile potest intelligi reticetur in oratione: Nunc quales Diomedis equi, nunc quantus Achilles; Subauditur, fecissent.

60 - Tres item figuræ per similitudinem fiunt. Prima est Paronomasia, seu plurium vocum persimilis assonantia: ut illud de Venere dictum: Nata salo, suscepta solo, patre edita cælo. Item:

Si Christum nescis, nil est si cætera noscis,
Si Christum noscis, nil est si cætera nescis.

Secundo Hypallage, quæ nil aliud est, quam casuum inversio: Trade rati ventos; celeres da classibus austros. Tertia demum Isocolon, seu compar est, cum varia orationis membra pari ferme constant syllabarum numero, ut si dixeris de Stellis:

Sole cadente micant; Sole micante cadunt.

§ 9.

Figuræ Sententiarum.

98 - Tot enumerant Rhetores Sententiarum Schemmata, peregrinoque adeo designant caractere, ut fere omnia naturæ potius, quam artis inventa, omnes animi affectiones, etiam illæ, quæ sua sponte nulla industria ex corde profluunt Græca sint nobis infirmienda nomina. Opus, me judice inutile, licet parum fastidii plurimum afferens; a quo omnino supersederem, ni majorum, quos me per omnia conformare

studeo -

studeo, exempla obstarent. Caeterum cum nullus unquam omnes exegerit, cum aliqua semper singuli omiserint, paucissimas nos dantes, omnes eas praetermittemus, quas apud majorum aliquem missam fuisse invenerimus, solumque attingemus illas, quas, quia praestantiores sunt, omnes, dempto nemine, attigerunt.

59 Harum prima **Erotesis** est artificialis scilicet interrogatio, quae non discendi, sed instandi causa assumitur: v.g. Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra! Secunda Occupatio, seu **Prolepsis**, qua quae objici poterant refutaturi praevertimus: v.g. coactus, inquies, hoc crimen patravi. Quis coegit? Quis afferre vim potuit voluntati tuae? Tertia **Correctio** est, qua praesentam sententiam tollimus, ut rem aptius explicemus: v.g. Italiam ornare, quam domum suam maluit; quamquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatior. Quarta **Dubitatio**, cum orator secum disputans deliberat: v.g. Eloquar, an sileam? dolor hoc, pudor impedit illud. Quinta **Prosopopeja**, qua personam fictam, aut veram; sed mortuam, vel absentem loquentem inducimus: v.g. Etenim si mecum Patria, si cuncta Italia sic loqueretur: Marce Tulli, quid agis?

60 Sexta **Apostrophe**, quae fit cum ab auditoribus ad absentes, ad mortuos, vel ad res inanimatas sermo convertitur: O terque, quaterque Beati! Queis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis—

ãltri Contigit offerere. Septima est Prætermissio, quando simulat Orator, se nolle dicere, quod tunc re verâ eloquitur: ut in Verrem Cicero: Mitto vincula, mitto carceres, mitto verbera, mitto secures. Octava Reticentia seu Aposiopesis est, quæ interruptum sensum abrumpit, ut vehementiorem aliquem affectum exprimat: Quos ego. Sed motos præstat componere fluctus. Nona est Epiphonema seu rei narratæ jam, et probatæ summa Acclamatio: Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Rex tantum qui longinqua valet mutare vetustas.

64 Mille alias Sententiarum figuras libens, ac volens omitto, quarum nomina, et notiones nihil, me hercule, unquam profuerint. Assiduum legendi studium, seduloque Ciceronis imitatio facilius, quam Græca nomina, et Labyrinthei explicationum errores vos ecto edocebunt figuratam orationem. Sed ne fidei, quam supra dedi unquam arguar defecisse, figurarum, quas attigimus notiones ligato Sermone ex Barnabio accipite:

(Per additionem) Ejusdem sit Epicuesis repetitio vocis.
Diversis membris frontem dat Anaphora eadem.
Cum plures dicto concludit Epistrophe eodem.
Simploce eas jungit complexa utramque figuram.
Est Anadiplosis quoties ex fine prioris
membri-

Membri principijque fit dictio prima sequentis.
Incipit, & voce exit Epanalepsis eadem.
Prima, velut medijs, medijs ita Epanodos ima
Consona dat referens.
Est Polyptoton variis dictio casu
Consonet: = arma armis, pede pes, densusque viro vir.
Continua est serie repetita gradatio Clymax.
Verba Synonimia addit rem signantia eandem.
Conjunctura frequens vocum Polysinderon est.
(Per detractionem) E contra juncturam vocis Asyndethon aufert.
Suppositis multis si verbum inserviat unum,
Fit Zeuma.
Dicitur Elypsis, si ad sensum dictio desit.
(Per similitudinem) Voce parum mutata alludit significans
Paronomasia: – Tu predo, non prætor, amice.
Cum patitur quod agit, contra vel Hypallage habetur.
(Sententiarum) Jugit Erothesis, poterat quem dicere recte.
Anticipat quem quis valet objectum Prolepsis.
Est Epanorthosis posita correctio sensus.
Consulit addubitans, quid agat, dicatve, Aporia.
Personam induerit Prosopopeja loquentem.

Sermo-

Sermonem à praesenti avertere Apostrophe fingit.

Aposiopesis sensa imperfecta relinquit.

Narratae subit et rei Epiphonema probatae.

CAPUT. 9um

DE

MEMORIA.

62 Illustris jam tropoorum luminibus, conspicuaque figurarum dignitate memoriae venit mandanda Oratio. Memoria itaque animae nostrae pars non ignobilis insigne est Divinitatis argumentum, penaria cella disciplinarum, augustiorque Musarum parens, quas amplissimo gremio suo excipit, fovet, alit, foecundat. Duplex est autem, naturalis altera, alteraque artificialis. Haec ab assidua exercitatione provenit; illa: ab occipitis (ubi specierum conservatrix potentia sedet) molitudine, ac duritie bene inter se temperatis. Memoriam à natura pene incredibilem accepit Cyneas Thessalus, qui ad Romanos missus, à Pyrrho legatus postero die singulos è Senatoribus, singulosque ex Romanâ circumfusâ plebe proprio salutavit nomine.

Majorem adhuc memorandi vim diuturnâ sibi exercitatione comparavit Cordubensis Rhetor Seneca, qui duo millia nominum temere prolata ab aliis, eodem, quo dicta fuerant, referebat ordine: imo et ducentos integros versus semel auditos et recto et retrogr-

prado ordine fidelissime ac gratis recitabat. Ut nemini dubitandum sit, nimium (si fas ita loqui) inesse veritatis sententiae illi, qua a pueritia imbuti sumus: Memoria excolendo augetur. Cuilibet igitur integrum est Memoria florere; non enim novercantis naturae fato Thracia nobis pro patria obtigit, cujus accolae ob Caeli, aerisque temperiem tam obtusi sunt ingenio, et infecunda Memoria, ut quaternarium in numerando transcendere nequeant; felicioribus nos ultimis natale solum excepit. Ad primam Memoriae laudem evadere conantibus unica lex praescribitur: exercitatio. Nullum ergo diem abire patiamur, in quo aliquid non discamus. Pythagoricos imitemur, qui confirmandae memoriae causa, vespere, priusquam cubitum irent, commemorabant, et ad verbum referebant, quaecumque die legissent, et audivissent. Sed jam e locupletissimo Memoriae aerario dives figurarum gemmis oratio est proferenda. Sit ergo.

CAPUT 5.m

DE PRONUNTIATIONE

63

Pronuntiatio, cui primas, secundas, et tertias inter Rhetoricae partes Demosthenes tribuebat vocem, et actionem Oratoris moderatur. Circa vocem exigit, ut suavis sit dilucida, et apta. Suavis erit, si nihil crassum, nihil pingue, nihil acerbum habuerit. Hae virtutes, quamvis potissimum a natu-

â naturâ gaudeant, arte tamen, et imitatione quandoque acquiruntur. Testis Demosthenes, qui ut in ejus vitâ refert Plutarchus, cum ita balbus â naturâ esset, ut linguâ, et spiritu laboraret nec literam r pronunciare posset, conjectis in os quibusdam calculis, et in loco subterraneo quotidie vocem declamando exercens naturæ vitia correxit: r perfectissime pronuntiavit, et usque ad miraculum vocem efferre consuevit. Erit dilucida, si neque dicendi celeritas fatigationem, nec nimium tarditas auditoribus afferat: si suis distincta membris oratio fluat; ita ut Orator incipiat, respiret, quiescat, et finiat. Apta tandem erit, si interpretem animi accura eosdem, quos ille, motus citra affectationem induat. Timida, vel potius verecunda incipiat, paulatim cum ipsa oratione insurgat, gravis minitetur, supplex oret, hilaris exultet, flexibilis doleat, interrupta lachrymetur, reliquos animi affectus connaturaliter exprimat.

64 Actio, seu gestus omnium fere membrorum motibus praescribit Oratori. Oculi, quos lucernas animi appellat Demosthenes, non in tectum, non in pavimentum, non in aliquem certum locum stupide figendi sunt; sed huc illuc modeste circumferendi. Nares nec recepto äere turgescant, manu resupinentur, nec emunganturdum dicimus, nisi necessitas urgeat. Labra mordeli, refricari, vel deduci indecorum est, atque ideo prohibendum oratoribus. Brachia nunquam mollentur, eorum instar, qui digladiantur, aut natant. Manus quidienda

dicenda sunt conveniant, aut commisceantur, non tamen hystrionum more nimia agilitate moveantur: nunquam sursum caput attolendo, nec infra pectus deprimendo. Nunquam digiti resupina palma, vel compressi curventur, vel protendantur dedecenti: ne videatur orator, vel aquam e rivulo haurire, manibus vel stipem mendicorum more ab audientibus postulare. Frequentior sit dexterae motus; sinistra autem uti verecunda socia addita dexterae partem loquatur. Neutra tamen simul cum oratione incipiat. Pedibus nunquam, manibus vero rarissime suggestum decet percutere. Modestia tamen, et dignitas omni in motu maxime observandae sunt, non enim scenicum saltum, sed virum cordatum orator agit, imo et Summi Dei fungitur legatu.

65 His instructus praeceptiunculis ad dicendum jam accedas.

Omni igitur abjecta perturbatione, sedato animo, naribus, et pectore bene purgatis, linteoloque si opus fuerit madefacto, suggestum conscendes. Postea stans rectus, manibus ante pectus compositis, temperata voce, ac verecunda incipies. Post primam autem periodum reverentiam exhibebis auditoribus aperto capite, si id loci consuetudo valeat. Orationeque absoluta honorem igitur exhibebis auditoribus hilari vultu, simulque addes etiam illud, et omnium oratorum consuetudine receptum verbum: Dixi.

66 O me felicem, auditores optimi, si verbum istud liceret absolutum opellae nostrae pro coronide praefigere! Sed nefas sit perfectum

operi

operi tempus subscribere, cui ex authoris concretione necessum est, ut plurima adhaerescat imperfectio. Sanius erit pictores, quam Rhetores imitari pro colophone imponendo. Illi enim ut ostendant, suis imaginibus ultimam manum non fuisse adhibitam: unde nec valde mirandum, quod aliquibus adhuc scateant imperfectionibus, ipsa verbi significantis tempore id exprimentes, ita subscribunt: Apelles faciebat, pingebat Rubennius. Optimum sane consilium hodie nobis aemulandum, qui plura (fatebor enim) plura dedimus spongia digna, forsanque olim delenda nobis, dum sequentibus annis, Deo auspice, nova lima adhibeatur opusculo. Vestrum ergo quisque, Religiosi Iuvenes, quorum censuris utique opus qualecumque nostrum libens subjicio. Oratorem exuens, Hieronimusque memor subscribat:

Non dixi, dicebat enim. Imperfecta reliquit,
Et mihi commisit perficienda. Vale.

In Collegio Carmonensi Soc. Jesu à Patre Joachimo Albanes Ildephonsus Perez ejusdem Societatis accepit.

Anno Dñi 1791

+

Appendix.

De aliquarum vocum legitimâ pronunciatione.

Ut in rixis, quas frequenter inter nostros juniores subortas vidi, vestrum possitis judicium ferre, et ne vel hæreatis elingues, vel (quod pejus, et usitatius) inani vocum strepitu verberetis äera, nonnulla libuit dubiola circa pronunciationem resolvere. Ea extra Rhetoricam ponimus, quia Grammaticæ contenta cancellis, non ornatum, et elegantiam, sed proprietatem efflagitant. Dicamen ut appendices accedunt, quia syllabarum proprietas Rhetoricæ pronunciationi decus est, et ornamentum. Interim hoc unum vos monitos velim, me scilicet, cum res Grammatica et authoritate, et usu tota consistat, nulla omnino ex proprio penu, ex alieno pauca, ea tamen selecta prolaturum esse. Sit itaque:

Dubiolum 1.m

De aliquibus vocandi casibus.

Exemplo sit hic casus Gregori, qui quotidie in sacris Litaniis occurrens ansam præbuit disputationi. P. Joannes Baptista Ricciolus in
„ Prosodia reformata indice 1.o litera dictionis pet. hæc: Gregori vocativum penul-
„ timam habere brevem, ut et Ambrosi, Gervasi, Horati &c. non dubitarem;
„ sed an accenda sit eum Priscio nec ne. affirmat Pater Labbeus ob in-
„ veteratam consuetudinem. Et idem cum Gellio, et Prisciano, qui penultimam in Her-

„ in Terenti, Aemili, Virgili breve quidem; sed tamen accuendam statuerunt, „ censet Besius. Contrarium existimarunt Higedius, et cum eo Pater Cavallius „ in janua Musarum. Ego consuetudini a plerisque Doctis jam introductam in Sa- „ cris Litaniis indulgendum arbitror. Huc usque Biccidus. Quod autem non idem prorsus sit in Graeco-latinis dictionibus syllabam tenore acuto enunciari, et longae quantitatis esse testatur Emmanuel Alvarez de dimensio- „ ne syllabarum Scholio 5. Audiatur: Plurima (brevia scilicet vocabula) „ efferuntur a Graecis acuta penultima, ut Idea, Andreas, Maria, Za- „ carias, Elias &c. Quo facto audias etiam viros Doctos pronunciantes, „ non quod ignorent penultimam esse brevem, sed quod intelligant haec etiam „ Graeco tenore posse enunciari. Si ergo absque ulla Grammaticae violatio- „ ne retineri potest, cur sit nobis deserenda consuetudo, majorum hominum „ doctissimorum calculis, et exemplis confirmata? Ab ipsa omnes simus memores illius Oraculi: ne transgrediaris terminos, quos posuerunt Patres tui.

Dubiolum 2um
De Subjunctivi Modi.

Hispanos acriter mordent politiores Itali quod rimus, et ritis Subjunctivi modi cum praeteriti, tum futuri temporis acute proferant. Exsibilant si casu audiunt, censoriaque virga obarmari eos rotundo ore pronunciant barbaros: quo autem jure, ex dicendis judicate. Ipse enim

pro pa-

pro patrio more nuendo unicum appello virum Emmanuelem Alvarez, cujus praecepta per totam Italiam accuratius exponuntur. Itaque de arte Grammatica L. 3. Scholio 3 de incremento, ea qua solet, eruditione propugnat, verba haec amaverimus, amaveritis, et similia longa esse quantitatis, et inter alia sequentia profert: Servius explicans hunc ipsum locum Virgilii Aeneid. 6:
" Namque ut supremam falsa inter gaudia noctem Egerimus; te, inquit, necessi-
" tate metri corripuit. Itaque Probus, et Diomedes futurum longum esse sine
" controversia affirmant. Probus, et Servius etiam praesentium, a quibus dissen-
" tit Diomedes, quorum authoritas ea est, ut tantas lites non nisi Palaemon
" aliquis possit componere. Et post pauca: alii denique credunt utrumque tempus
" corripiendum, quod plerique hac aetate sic pronuntient, quibus libentissime
" accederem, si id aut Ciceronis, aut Quintiliani aetate factum esse proba-
" sent. Verisimile profecto est Probi, Diomedis, et Servii aetate multo purio-
" rem, quam hac nostra fuisse pronunciationem, quod si ita Probus est, cujus
" Martialis, Plinius, et Gellius meminerunt, utrumque sine ulla controversia
" longum est. Habes hic quod frustra quaeras per multa, Probi, Servii, et
" Emmanuelis judicia: funiculum sane triplicem nullis adversariorum machi-
nis, nec ipso Alexandri gladio rumpendum.

Dubiolum 3.^m

Qua vi h nobis pronuntiandum sit.

Externa, et intestina jurgia transiere; superiori dubio cum Italis contendebamus Hispani, nunc vero Hispani nos inter mutuo pugnamus. Baeticos caeteri rident, eo quod aspirationis notae h vim literae consonantis inter pronunciandum videamur tribuisse. Ego autem, qui Hispanus Hispanum egi, Baeticum Baeticus agam. Porro h literam non esse; sed notam quamdam aspirationis, uti rem prorsus indubiam, adversarii omnes supponunt. Immerito tamen: hac enim de re primi subsellii authores dubitant, nec hucusque pars ulla alteri herbam cessit, abjectis hastis aut manus dedit. Velius Longus de Orthographia sub initium diffuse probat literam esse. Valerius Probus Institutionum Grammaticarum L. 1 eam literis mutis adnumerat. Probo consentit Donatus editione prima, et Pierius in secundam Virgilii Eclogam. Maximus Victorinus tit. de litera expresse ait: H vero existimatur aspirationis nota, verumtamen litera est. Diomedes L. 2 de litera h quoque inquit: interdum consonans, interdum aspirationis creditur nota. Iisdem omnino verbis laudatus supra Donatus loquitur. Non me latet plures alios, et graves quidem authores sentire oppositum; verum praedicti sufficiunt, ut plus quam probabilem opinionem constituant, cui sese conformantes Baetici irreprehensibiles sint, quamvis interdum vim consonantis videantur tribuisse. Verum age: a literarum choro expellatur h: sit aspiratio. Aspiratio tamen juxta Sanctum Isidorum, nil aliud est: quam sonus quidam uberius

rius

-rius clatus. Quo autem pacto uberius efferant h unumque in eo pronuncian-
do majorem adversariis ingendant, ipse non capio. Certe ubi h offendunt
voce emoliunt, lenioremque labiorum motu ominem pronunciant, ceu si omo,
non homo esset. Peccarunque quidem contra Sanctiores Grammatices leges co-
missum, ut Grammaticorum Sanctissimus Augustinus asserit. Audiantur
" Lib. 1 Confessionum cap. 18: Vide quomodo diligenter observent filii ho-
" minum pacta literarum, et syllabarum accepta a prioribus loquutoribus...
" ut qui illa sonorum vetera placita teneat, aut doceat, si contra disci-
" plinam Grammaticam sine aspiratione ominem dixerit, magis displiceat
" hominibus, quam si contra tua (Divina scilicet) praecepta hominem ocei-
" derit, cum sit homo. Et haec ceu canis e Nilo primoribus (quod ajunt)
labiis degustrasse sufficiat. Alia nos vocant.

In Camonensi Societatis Jesu Collegio a Patre Joachimo Alba-
res Ildephonsus Perez ejusdem Societatis
accepit.

Anno Dni MDCCLI.

Precipuorum,
Quae diversa quantitate constant, aequivocorum Catalogus,
Ex Patre Joanne Baptista Ricciolo in tyronum Gratiam collectus,
Ordineque Alphabetico distributus.

A

Abscidit abscindo, ast caedo abscīdit oberrans est.
Torpor acedia est; sed accīdia negligit [illegible].
Sternitur arbor ăcer, fuerit si viribus ācer.
Eva non adamo pomum, quod donat Adamo
Rege adiro, ut faveant [illegible] proceres quoque Regis adiro.
Ver dudum advenit, post quod mox advenit aestas.
Tu bene corpus ălis, volucrum dum vesceris ālis.
Thellis apis fabrisque, idolum Memphis Apis.
Terram bobus ăras, quas mox mactabis ad āras.
Littora ne quaeras arent, terra instar pulveris aret.

B

Bombycina parit sobolem bombicina fila.

C

calligas

I

Caligas oculis, caligas dum quaeris in umbris.
Dulce canet Cygnus, moriens, quia corpore canet.
Quo Arnold, Shaufole, cares, hunc Cares habebant.
Caro emitur care, claudatur si forte macellum.
Cerba cera est, sed cera fabris fundamina praebet.
Clara exhibuit Claros insula Apollinis honores.
In mensa haud comedit, scutella, qui ante comedit.
Tu comes esto mihi, crimenque hoc perime comes.
Concitus a cieo, concitus a cio manat.
Ipse Crates sapiens in paupere crate iacebat.
Ponti amnis Creta, creta argilla, illis insula Creta.
Noxia si cupitis, satius caruisse cupitis.
Bacche, tibi Cytheron sacer est, tibi, Phoebe Cytheron.

D

Mons decus est decoris, decor est insigne decoris.
Flumen cui dedimus, granumque nunc dedimus aureum.
Qui dicat hunc librum, quod vult pro munere dicat.
Si ducis instar es, heus! cur nos per inhospita ducis.

E

Languida vix edere, heu possum, vis edere vocem.
Educat hic catulos, ut eos educat in agros.

vox illa —

Vos elegi Elegi, quia flebile carmen amavi.

Et elephantino dente est elephantina pyxis.

Ipse Æneas Elisa, gladio se fixit Elisa.

Pinguis es & tamen es, ac si valde macer esses.

Ut excidit, dextra simul excidit ensis.

Corpore es exilis, quod mirum, si exilis alto.

Fur hinc expilat; tonsor nos expilat inde.

F

Melle favi abundant, apibus quia sedulo favi.

Dum ferimur navi, fluctu insurgente ferimur.

Fervor fervēre inducit; sed fervĕre fervo.

Aut fimus, aut terra est; de quorum plasmate fimus.

Decepit me sæpe fretum nimis æquore fretum.

Fugere hi; fugĕre est melius, ne fugere fugere.

Sapientes nidore fugā, fugā corrigit illos.

Quid furis? insidiasne apud quærere furis?

G

Mons est Garganus, sed Garganus incola montis.

Sunt astris Gemini, fuit Astronomusque Geminus.

H

Si licet Hybernus nimis haud tamen alget Hybernus.

hic ego.

Hic ego consistam, sed hic aulicus ibit in aulam.
Nemo cadaver humet terra, quem fontibus humet.

I

Idæa est Cybele, sed rerum est idea formæ.
Idem opifex, et opus sit idem de marmore eodem.
Incudat in ferrum, nemorisque incidat honorem.
Indicat obscure, quod vult indicat aperte.
Indice ad os posito, tu indice silentia cunctis.
Insides insidet sedes, sedesque requirunt.
Inveni nummos, tu panes inveni, et affer.
Si irritat Regem Prætor, Rex irritat aera.
Scandendis obliqua jugis nimis est via jugis.
Is ad gymnasium, quo et tu is. Simul ire, valere.

L

Si gressu labor, labor est qui grassat aurum.
Grex post septa late, vastat lupus omnia late.
Cum post murorum lateres occulta lateres.
Cinxerat ense latus, fuerantque agmina latus.
Sermo sonat Latius toto quasi latius orbe.
Rex leget ex multis unum, quem leget ad urbem.
Sæpe iterumque leges, statuis quas condere leges.

mæsta—

Ipsa caro est leporis; plena est porcina leporis.
Levitas morum levitas sacro ordine privat.
Estne liber liber, quem bibliopola ligavit.
Si liber infanti nato Pater oscula libet.
Dum navis ipse lino, facias mihi carbasa lino.
Culmina jam liquere nives, gaudentque liquere
Quaerunt plectra lyram, litramque requirit avarum.
Ante lites Caelo, si non vis perdere lites.
Te ut videam, loquere, inde nihil, vel pauca loqueris.
Qui in lucis habitant, non gaudent lucis honore.

M

Quam mala sunt mala haec, quae mandere malla nequivit.
Malo malo malo quam carbasa sidere palo.
Noctu in valle mane, sed montem mane subito.
Nos licet e Caelo manet, paucis manet horis.
Manibus, atque Diis manibus dare oscula plenis.
Dum metimur opes, metimur: mors falce triumphat.
Judex, sperne minas, auri nec respice minas
Divitiis misere multos misere sub orcum.
Sydera certum emes, miseris si miseris aurum.
Nunquam grana moles, tibi sit nisi saxea moles.

Jam mo-

Jam morare, ægre feres, non est cur fata morere
Morosum faciunt mores, mora longa morosum.
Quæ movere alii, nequeunt me verba movere

N

Ad conchas piscando naras Indo æquore naras.
Hoc nemus est Serum, atque hinc serica vellera nemus
Si nitor est nomen; verbum producito nitor.
Fari arcana nequis? nequis te interroget ultro.
Non nisi te Curiali delectat gloria Nisi.
Nomine videndo nives perstricto lumine nives?
Ut nautis notus est notus, mihi sic nota nota est.
Dulce novi versus resonant; tua carmina novi

O

Qui palias obedit, frenis equus acer obedit.
Oblita ut unguento plaga est oblita doloris.
Hostem obside, dato donec pacem obside firmet.
Devorat os oris carnes, et rodit os ossis.
Lana ovis ipsius præstat candentibus ovis

P

Excute grana palam, flante aura, ventilo palam
Est vitanda palus, pro remo sit tibi palus.

parce —

Parce precor nobis, si parco mensa parata est.
Patetur Christo, si mensa patetur egenis.
Fronte hilari patere hospitibus tua tecta patere.
Qui pavere inopes, nequeunt in morte pavere.
Pisem pendere expediet, quam pendere nummos.
Frustra iterum perito, contenti estote peritis.
Infanti vagire placet, nisi nenia placet.
Quo capitis porrigo tuat, tibi porrigo pecten.
Predicat ventura mihi, qui predicat astra.
Procerum Regem Persis procerum eligit ordo.

Q.

Quercus amica Jovis, quercus est Jupiter author.
Flet puer, et queritur, tota dum quaeritur urbe.

R.

Ne in crimen recidas, causam quamcunque recidas.
Ex bello reduces, iterum ite ad bella reduces
Pauca refert sapiens, neque enim scite omnia refert.
Si tua verba reges, ipsos moderabere Reges.
Decretum relegat, qui sontes ex urbe relegat.
Nil remanet lacus, nisi lympha ex fonte remanet.
Sol renitens motu ~~a~~ it in duodena signa renitens.

capra —

Capra repente fugit, viso repente colubro.

S.

Nulla regunt Saga nos, quos Saga venefica pungit.
Tactus ab igne Salis instar salis, amne liquescis.
Hanc Sedes ad mensam quo venttis murmura Sedes.
